

DIVINO HIPPOCRATIS

PRAESIDE

MAGNIFICO ACADEMIAE PRO-RECTORE

VIRO ILLVSTRI

D. GEORGIO GOTTLOB

RICHTERO

CONSILIARIO AVLICO ATQVE ARCHIATRO REGIO

MEDICINAE PROFESSORE PRIMARIO

ACAD. CAESAR. NATVR. CVRIOS. SODALI

PRAECEPTORE ET PATRONO SVO

VENERANDO

AVCTORITATE

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

PRO FACVLTATE

SVM MOS IN ARTE HONORES

LEGITIME CONSEQVENDI

KAL. IVL. cl^o l^o cc xxxix.

H. L. Q. S.

DVBIUS CONTRADICENTIVM RESPONDERE CONABITVR

AVCTOR

CAROLVS PHILIPPVS I. M. F. GESNERVS.

GOTTINGAE

APVD ABRAM VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

REPORT ON THE PROGRESS OF WORK

FOR THE YEAR 1900

BY

ROBERT A. MILLER

ASSISTANT PROFESSOR

OF PHYSICS

CHICAGO, ILL.

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

MAGNO MV SARVM OMNIVM DECORI

GOTTINGENSIVM AVTEM PRAESIDIO MAXIMO

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D O M I N O

GERLACO ADOLPHO

L. B. DE MVNCHHAVSEN

DYNASTAE IN STRAVSFVRTII

REL.

AVGVSTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS

DVCIS ELECTORIS BRVNSVIGA-

LVNEBVRGICI

MINISTRO STATVS ATQVE CONSILIARIO IN-

TIMO

MAGNO DVCATVS CELLENSIS ADVOCATO

DOMINO SVO INDVLGENTISSIMO

COMMVNI AVDACIA VSVS
VT GRATVM ANIMVM
PRO IMMORTALIBVS IN PARENTEM
ET SE ADEO BENEFICIIS

OSTENDERET

HANC LEVEM SCRIPTIVNCVLAM
SYNGRAPHAM AETERNAE PIETATIS

ET REVERENTIAE

VENERABVNDVS OFFEREBAT

CAROLVS PHILIPPVS GESNERVS.

S V M M A R I A.

- §. I. *Ut opera naturae in vniuersum ad Deum deducuit,*
- §. II. *Ita singulae huius vniuersi particulae hoc agunt,*
- §. III. *Et nominatim illae quae medicae considerationis sunt.*
- §. IV. *Hinc probabile, Hippocratem diuinam naturam agnouisse, quod ex libris magis probatur,*
- §. V. *quos Hippocraticos sumimus, cum u nobis accurate defini non possit, qui inter illos genuini sint.*
- §. VI. *Ex illis vero τὸ Θεῶν tractandum suscepimus,*
- §. VII. VIII. *& primum quidem de Deo Hippocratis quaedam adhuc disputantur,*
- §. X. *deinde locus, de quo in primis sermo, laudatur,*
- §. XI. - XIX. *atque de eo sententiae aliorum allegantur,*
- §. XX. *& ad summa capita rediguntur;*

§. XXI. *quibus nostra sententia subiungitur,*

§. XXII. *quae nullam fere aliam excludit.*

§. XXIII. *Nimirum τὸ θεῶν, (quod etiam sulphur Hippocrati significat,)*

§. XXIV. *in primis notat, quod a Deo est.*

§. XXVI. XXVII. XXVIII. *Et hoc docet de morbo sacro liber,*

§. XIX - XXXII. *tum ea quae de Scytharum affectione a Coo disputantur,*

§. XXXIII. *& locus ex libro de natura muliebri petitus.*

§. XXXIV. *Neque enim morbos magicos,*

§. XXXV. *neque aëris constitutionem hoc posteriori loco intelligendam esse, probabile redditur.*

§. XXXVI. XXXVII. *De morbo Scytharum quaedam adii-
ciuntur,*

§. XXXVIII. *& in genere ex tribus illis locis colligitur, Hippo-
cratem omnium morborum causas ad Deos retulisse,
ea ratione,*

§. XXXIX.

S V M M A R I A.

§. XXXIX. *ut alii etiam auctores multa ad Deos referre solent; Et*

§. XL. *Galenus in primis illa, quae extra ordinem accidere videbantur, diuina vocat. Ita vero etiam diuinum Hippocratis libro praenotionum intelligendum videtur, quod*

§. XLI. *Connexionem totius libri,*

§. XLII. *Naturam rei ipsius,*

§. XLIII. *Conuenientiam cum reliquis auctoris sententiis docere, ostenditur.*

§. XLIV. *Causae huius diuini indicari non possunt: quae omnia magis*

§. XLV. *exemplis illustrantur.*

§. XLVI. *Augetur vero apud nos semper, & decrescit vicissim illud, quod diuinum dicimus,*

§. XLVII. *neque ex Hippocrate exempla suppeditare licet.*

§. XLVIII. *Explicatur tamen huc faciens locus,*

§. XLIX.

S V M M A R I A.

§. XLIX. *Et aliorum sententiis, quam potuit brevissime, cum
nostra comparatis,*

§. L. *finis tractationi imponitur.*



D E

DIVINO HIPPOCRATIS.

§. I.

Opera a summo rerum auctore condita, diuinam sapientiam testari, & euidētissima de illo, qui haec perfecit, testimonia perhibere, sapientissimorum quorumque hominum & populorum consensu declaratur; ita quidem, vt quo magis a summis viris, cognitionis humanae termini adhuc prolati sunt, quo magis in abditos naturae recessus penetrarunt homines, eo vastiorem esse, & ultra imaginationis limites magnam, vniuersi huius amplitudinem, minutiorem vero structuram, quam vt vlla cogitatione assequi possis, in plantis & animalibus obtinere, partim vsque quaque certis experimentis & argumentis, partim probabilibus etiam rationibus, edoceamur. Qui haec serio & studiose cogitarit, ille sacro & religioso horrore perfusus membra, nullum de natura diuina dubitandi locum relictum sibi animaduertet, cum nihil omnino, ex illis omnibus, quae ad demonstrandam Numinis praesentiam ab acu-

A

tissi-

tissimis Philosophis vndique conquisita & inuenta sunt, ita ad feriendum hominis bene nati animum faciat, quam hinc magnitudinis huius immensae, & illinc minutiei infinitae attentior consideratio.

§. II.

Verum haec ita comparata sunt, & illa intento animo cogitantium mentibus adeo ampla rerum imago occurrit, vt neque initium, nec finem videntes, ipsa tandem cogitandi facultas defatigata destituat: neque etiam opus est, tam vastis & humanam rationem pene superantibus, rerum imaginibus animum implere, cum vnaquaeque huius vniuersi particula, si etiam sola consideretur, tot sapientiae conditoris sui vestigia monstret, vt nulla pene res in hoc vniuerso cogitari possit, quae non id agentem ad diuinam cognitionem deducat; (a) & sit omnino haec felicitas illorum, qui his considerandis magnam vitae suae partem tribuunt, quod diuina vestigia legere & venerari, atque Deum e proximo ex operibus eius intueri & admirari liceat, qua quidem re nihil nobilius, & nihil magis homine dignum in rebus humanis esse arbitramur.

§. III.

(a) Librorum, quibus collecta vndique de his rebus proponuntur, & ex instituto pertractantur, indicem dedit Vir Summus, JO. ALBERTVS FABRICIVS, adiectum ad versionem germanicam *Derhami Astrotheologiae*, ab ipso

procuratam & praefatione ornatam. Plures etiam indicat *Syllabus Scriptorum, qui veritatem religionis Christianae asseruerunt*, ab eodem non fatigatae diligentiae viro Hamburgi 1725, 4. in lucem editus.

§. III.

Et haec quidem, quae adhuc protulimus, vti de rebus a Deo conditis in vniuersum vera sunt, ita optimo iure ad illa, quae maxime in medici considerationem cadunt, transferri possunt. Tractat nimirum medicus partem nobilissimam rerum creaturarum, hominem dico, quem propter artificiosissimam structuram, compendium huius vniuersi appellare quibusdam placuit, (a) & eius machinationem, actiones omnes, causasque earum, quantum quidem eius fieri potest, perquirendo, inuestigandis iis, quae circumstant hominem, iisque omnibus, quae in illo fiunt, diligenter obseruandis, eo peruenire studet, vt & integrum conseruare corpus possit, & si quid laesum sit, illud ope eorum, quae vel ipse conuenire expertus est, vel aliorum experimentis vtilia deprehensa sunt, prudenti ratione applicatorum, restituere. Haec proposita medico huiusmodi sunt, vt GALENVS, cum in structura & vsu partium explicando versaretur, hymnos conditori suo se facere existimaret, (b) & vt, quo quis magis in his
ver-

(a) Ita enim GALENVS post verba, quae statim laudabimus, animale corpus viris antiquis, in physicis rebus versatis, appellatum dicit. Τὸ ζῶον, μικρόν τινα κόσμον ἔχειν φασὶν ἄνδρες παλαιοί.

(b) Adscribere visum est notatu dignum GALENI locum; extat ille libro III de vsu partium edit. Basil. 1538. Tom. I. p. 402. Vo-

cat libros suos ἱερὸν λόγον. ὃν ἐγὼ, ἰνκνιτ, τῆς δημιουργήσαντος ἡμᾶς ὕμνον ἀληθινὸν συντίθημι. ἡ νομίζω τὴν ἔξιναι τὴν ὄντως εὐσίβειαν, ὡς ἐῖ ταύρων ἐκατόμβας αὐτῆς παμπέλλας καταδύσαιμι, καὶ τὰ ἄλλα μυρία μῦρα θυμιάσαιμι, καὶ κασίας ἀλλ' εἰ γνώιν μὲν αὐτὸς πρῶτος, ἔπειτα καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγασάμενος, οἷος μὲν εἰς τὴν σοφίαν, οἷος δὲ τὴν δύναμιν, ὁποῖος

verfatus fit, eo minus excusationem mereatur, si de diuina natura dubitatio animum eius subeat.

§. IV.

Haec cum ita se habeant, non mediocri admiratione dignum videretur, si Hippocrates, quem sapientissimum fuisse, & in exploranda corporum natura sagacissimum, antiqui pariter & hodierni medici, viri industriam & ingenium admirantes, agnoscunt, illam sapientiam, qua haec omnia gubernantur, in dubium vocasset. Verum, vt ab omni superstitione alienum fuisse bonum & candidissimum senem, ex illis quae hoc ipso scripto proferentur patebit (a), ita, si SORANO in vita eius describenda fides habenda est (b), patriam religionem professum esse constat, qui nimirum ab Atheniensibus Eleusiniis sacris initiatus sit (c). Et sunt loca manifesta in ipsis scriptis Hippocratis, quibus scientiam de Diis animo medici implexam esse; in

ἰατρῶν δὲ τὴν χρηστότητα. - - -
 καὶ γὰρ σοφίαν, καὶ δύναμιν, καὶ
 πρόνοιαν ἐυρήσεις ἐνταῦθα. Plura
 deinde de conditore ex operibus
 cognoscendo pulcherrime disputat,
 quae vero hic referre longum foret.

(a) Allata sunt §. in primis 28,
 32, 33 &c.

(b) Quam DAN. CLERICVS *Hist.*
Med. III, 31 in dubio relinquere vi-
 detur, lo. HENR. SCHVLZIVS vero,
 quem honoris & reuerentiae causa

nominamus, *Hist. Med.* I, 3, 1, 11.
 plane eleuare.

(c) Verba haec sunt, Λαμπρῶν
 ἔτυχε τιμῶν παρὰ κείοις - - - καὶ
 ἀθηναίοις, ὅτινες καὶ δεύτερον αὐτὸν
 ἀπὸ Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς ἐλευσι-
 νίοις ἐμίσησαν, καὶ πολίτην ἔγραψαν,
 καὶ τὴν ἐν σφυραλίῳ σίτησιν ἔδωκαν
 εἰς ἐκγόνους. Leguntur in vita Hip-
 pocratis secundum Soranum II, 13
 sqq. editionis Lindenianae, quam
 in posterum etiam semper laudabi-
 mus.

in morbis, & quae morbis accedunt incommodis curandis, medicinam reuerentiam erga Deos parere; medicos diis concedere (d); Deos naturam exornasse; a diis constituta semper recte habere. (e); Deos inuocandos esse, & curationem cum precibus suscipiendam (f), ita dilucide profitetur, vt religionem & Deorum reuerentiam in animo Hippocratis firmam sedem habuisse, ex illis confici posse arbitremur,

§. V.

(d) Desumpta sunt haec ex libro περι ενζήμοσύνης 6, 2 sq. η περι θεῶν εἰδησις εν νόω αὐτῆ (Ita LINDE- NIVS & alii, FORZIVS αὐτῆ repō- nendum arbitratur; verum nihil impedit, quo minus accentu mutato ad εἰδησίην quis referat, vel vt monuit de hoc loco amicissimus MATTHIAE, ad ἰατρικὴν, quod praecesserat, respectum a Coō esse dicat: Sensus certe manet pene idem, quodcunque recipere placeat.) ἐμπλέκεται ἐν γὰρ τοῖσιν ἄλλοισι πάθεσι, καὶ ἐν συμπτώμασιν. ἐνρίσκειται τὰ πολλὰ πρὸς θεῶν ἐντίμως κειμένη ἢ ἰατρικῆ. οἱ δὲ ἰατροὶ θεοῖσι παρακεχαρήκασιν. ἢ γὰρ ἐνὶ περιττὸν ἐν αὐτῆ τὸ δυνα- σεῶν. Et hanc esse veram Hippo- cratis sententiam, ex tota hac scri- ptione apparebit. Iam locum paral- lelum ex ARETAEO CAPPADO- CE, exempli loco, afferre pla- cet. Exstat ille de causis & signis morborum diuturnorum II, 1, e- dit. Boerhaavianae p. 48. Dixit ab Hydropē paucos liberari ἐπ'

εὐτυχίης, καὶ θεῶν μᾶλλον, ἢ τέχνης. τὰ γὰρ μίζονα πάντα ἰώνται μύνοι θεοῖ. Ita *ibid.* I, 5. p. 125. ὕγιαιας μὲν ἄν ἀπάτας ποιεῖν ἀδύνατον τὰς νοσήοντας. ἢ γὰρ ἄν. ἰατροὶ κρείσ- σων θεῶ.

(e) Libro I de diaeta 12, 14 sqq. Νόμον μὲν ἔθεσαν ἄνθρωποι αὐτοῖ ἐαυτοῖσιν, ἢ γινώσκοντες περὶ ὧν ἔθεσαν φύσιν δὲ πάντες θεοὶ δια- κρίσασαν. - - - ὁλοσα δὲ θεοὶ ἔθε- σαν, αἰεὶ ὁρθῶς ἔχει.

(f) Totus liber de insomniis ple- nus est exhortationibus ad preces, ita vt semper preces remediis naturalibus coniungi praecipiat. In primis statim ab initio libri, de il- lorum imperitia conqueritur, qui certam artem habentes, qua som- nia dijudicanda suscipiunt, de neutris recte sentiunt, neque do- cent, quomodo mala in somniis praemonstrata cauere oporteat, verum solum preces commendent.

§. V.

Hippocratis haec esse diximus. Neque enim id nobis fumimus, vt quosdam ex illis libris, qui Hippocrati inscribi solent, spurios & auctore suo indignos pronunciemus (a), quia diuerso genere scribendi compositi videantur, vel quod pugnare quaedam, minus nobis forte intellecta, arbitremur; quin potius, auctoritate antiquae inscriptionis se tueri illos posse arbitrantur, neque argumenta, quibus non esse ab Hippocrate scriptos, ab HIERONYMO MERCVRIALI aliisque affirmari possit, satis perspicientes, in partem illam, quae tutior est, peccare malimus, etiam si summorum virorum auctoritatem, qui contrariam sententiam tuentur, veneremur, & nobis sufficiat, Hippocratica certe dogmata, quocumque demum auctore, proposuisse (b).

§. VI.

Et his subiicit, τὸ μὲν εὐχεσθαι φρόσων, καὶ λίνην ἐπὶ ἀγαθὸν δεῖ δὲ καὶ αὐτὸν συλλαμβάνοντα τὰς δεξιὰς ἐπικαλεῖσθαι

(a) Neque tamen hic comprehensa volumus illa scripta, quae operibus Hippocratis subici solent, epistolas nimirum, orationem ad aram, decretum Atheniense, & Thessali filii declamationem, quorum sublestant fidem pluribus demonstrat DANIEL CLERICVS *Hist. Med.* III, 31.

(b) Nihil enim videmus, quod impediatur, quo minus pleraque illorum sint certe Hippocratica,

cum & ea, quae proferuntur, Philosophiam; quae magni viri aetate maxime florebat, plane referant, & videatur idem vir, in obseruationibus conscribendis, & morbis curandis castissimus, atque nihil illis hypotheseum admiscens, in aliis libris theorias, quin coniecturas suas etiam proponere posse. Videmus in ipsis *Aphorismis*, opere si quod aliud genuino, quaedam non obseruatione deprehensa, verum inuenta solo ingenii acumine contineri. Exemplo sit *sectionis V thes.* 63. Hic rationem redditurus, cur

§. VI. τὸ δὲ πρῶτον

Hac cautione praemissa, scripta, quae Hippocrati vulgo tribuuntur omnia, & ipsi Hippocratica appellabimus, neque quicquam de eo, vtrum genuini an spurii sint, nunc quidem solliciti, hoc solum agemus, vt argumentum, quod tractandum suscepimus, quantum quidem pro tenuitate virium nostrarum fieri poterit, inde illustremus. Disputabimus autem τὸ δεινὸν Hippocraticum, de quo cum & commentatores Coi tam varias opiniones protulerint, & summi etiam viri dixerint sententiam, vereor ne iuuenili temeritate audaces videamur, qui post tantos viros de eo argumento scribere susceperimus. Tacere igitur expediuisset, nisi florentissimae Academiae instituta aliquid exhiberi poposcissent, & perlecta scripta Hippocratis, quae certe nunquam legisse poenitebit, animum addidissent posse aliquid a nobis afferri, vnde cognoscere possint ingeniorum arbitri, an recte in illis legendis versati simus.

§. VII.

De diuino igitur Hippocratis acturis, dicendum omnino pluribus erat, quid Hippocrates de diuina natura.

cur mares infocundi fiant, scribit, ἢ δι' ἀραιότητα τῷ σώματος τὸ πνεῦμα ἔξω φέρεται, πρὸς τὸ μὴ παραπέυτειν τὸ σπέρμα· ἢ διὰ τὴν πυκνότητα, τὸ ὑγρὸν ἢ διαχωρεῖ ἔξω· ἢ διὰ τὴν ψυχρότητα ἢ ἐκπυρρῶνται, ὡς ἀπορίεσθαι πρὸς τὸν τόπον

τῶτον· ἢ διὰ τὴν θερμότητα τὸ αὐτὸ τῦτο γίνεται, quae omnia experimentis niti, vel inde desumpta esse, nemo facile tuebitur, cum in illis manifeste doctrinam, quae libro de natura pueri continetur, deprehendere liceat.

tura senserit. Sed magnorum virorum auctoritates, & agitatae lites (a), suspensum & fluctuantem reddiderunt animum, cuiam potissimum sententiae accedendum sit. Hoc tamen, seruata illa reuerentia, quae maximis nominibus debetur, dicere liceat, ex locorum ipsius Hippocratis comparatione, & consideratione argumentorum, quae magnus vir FABRICIVS collegit (b) magis illorum sententiam placere, qui ab Hippocrate agnitum esse Deum, gubernantem omnia, omnia in corpore humano etiam dirigentem, posuerunt.

§. VIII.

Inter argumenta vero, quibus maxime ad hanc sententiam ducimur, non omnino omittenda videntur, quae iam §. IV. allata sunt, quibus Deum, quemcunque demum, positum ab Hippocrate, verò simi-

(a) Catalogum eorum, qui de Theologia Hippocratis scripserunt, & partim disceptarunt, dedit *à Paris* FABRICIVS *Biblioth. Graec. Vol. 13. p. 191.* cui Io. STEPHANI BELLVNENSIS librum, de eo argumento scriptum, & notis eruditissimis a se illustratum, adiecit. Nota lis est, inter viros Celeberrimos NIC. HIER. GVNDLINGIVM & DANIEL. WILH. TRILLERVM agitata, CAROL. DRELINCVRTII, & Io. ANDREAE SCHMIDII Dissertationes, religionem Hippocratis laudant, ita vt ille Coi effata, cum scripturae sacrae sanctissimis prae-

ceptis conferre non dubitarit. Vir summe reuerendus Io. LAVRENTIVS MOSHEMIVS, in annotationibus, adiectis ad *Rad. Cudworthi Systema intellectuale*, a se ex Anglico latine redditum, pag. libri 104, rem ita in dubio relinquit, vt certe ab Atheismi turpissimo crimine, patrem medicinae absolueri videatur, a qua stultitia summus FABRICIVS, de genere humano optime promeritum & sapientissimum virum, in notis ad *Io. Stephanum Bellunensem* plane liberum pronunciat.

(b) In annotationibus ad *Io. Steph. Bellunenſis* librum modo laudatum.

simile factum est, Neque vero ille locus, qui contrariam sententiam tuentibus maxime fauere videtur, quo nimirum Hippocrates calido suo, immortalitatem tribuit, illud intelligere omnia, omnia videre & audire, quin praesentia pariter atque futura scire dicit (a), ita certo demonstrat, ignem vel aethera ab Hippocrate Deum putari, (etiamsi, vno solum obtutu, & extra connexionem cum reliquis spectatus, forte in eam opinionem inducere aliquem possit;) vt non plura adhuc sint, quae pro venerabili illo sene afferri possunt. Inter quae primum esse hoc videtur, quod cum de rebus sublimibus se non dicturum praedixisset (b), ignem, (c) reliquorum motorem, inter principia, vt omnia alia, ita

(a) Locus ille memorabilis, de quo tot lites, exstat libro *περὶ ἀρχῶν ἢ σαρκῶν* I, 14. *sq.* quem totum adscribere non pigebit. Δοκίμει δέ μοι, ὃ καλλίωμεν θερμὸν, ἀθάνατον εἶναι, καὶ γένεσιν πάντα, καὶ ὄντων, καὶ ἀπέειν, καὶ εἰδέναι πάντα, καὶ τὰ ὄντα καὶ τὰ ἐσόμενα. Τὸτο ἔν τὸ πλείστον, ὅτε ἰταρχέθῃ, πάντα ἐξεχάρησεν ἐς τὴν ἀνάπαυτο ἀφισορήν, καὶ ὀνομήναι μοι αὐτὸ δοκίμωσιν οἱ παλαιὸ ἀίθερα ἢ δευτέρα μοῖρα ἢ κἀταθεν αὐτῆ καλλίεται μὲν γῆ, ψυχρὸν καὶ ἕρπον, καὶ πωλύ κινῶν. καὶ ἐν τυτῶ ἐντὶ δὴ πωλύ τῆ θερμῆ ἢ δὲ τείτη μοῖρα, ἢ καὶ τὸ ἕρρος, μέσσον γωρίων εἰληρς, θερμὸν τι καὶ ὑγρὸν εἶναι ἢ δὲ τετάρτη, ἢ πῶ ἐγυσυτάτω πρὸς τῆ γῆ, ὑγροτάτῶν τε, καὶ παχύτατον. Apparet, Hippocratem quatuor elementa ex commu-

ni sententia hic ponere, cum tria vltima in libris de diaeta uno nomine aquae complectatur, & duo solum ponat, ignem nimirum & aquam.

(b) Περὶ τῶν μετεώρων ἔδὲ δέομαι λέγειν, ἢν μὴ τοσούτων ἐς ἀνδρωτων ἀποδείξω, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, ἰκίσα ἔξω καὶ ἐγένετο, καὶ ὅτι ψυχρὴ εἶσιν, καὶ ὅτι ὑγρῶν εἶσιν, καὶ ὅτι τὸ κάμνειν, καὶ ὅτι τὸ ἐν ἀνδρῶπω κακὸν καὶ ἀγαθόν, καὶ ὅθεν ἀποθνήσκει. Legere est locum hunc paulo ante illum, quem modo laudauimus, libro eodem I, 5. *seqq.*

(c) Ignem vocamus, id quod Hippocrates θερμὸν, quia illud idem esse, quod τὸ πῦρ vocat libro I de diaeta, arbitramur, certe vtrisque eisdem effectus videtur tribue-

ita hominem constituentia recenset; eundem vero ignem postea, tum ipso illo libro de principiis, tum primo de diaeta, certis legibus adstringit, & per necessitatem a Deo positam omnia fieri, disertis verbis declarat (d). Neque absurde dicere videretur, si quis sententiam Hippocratis fuisse dicat, calidum illud immortale (e) animum ipsum fieri, vel certe organum in homine euadere, per quod omnes sensus, cogitationes, coniecturae peragantur, quae nimirum pene omnia spiritibus suis tribuunt, qui ingeniosissimam illam & pluribus rationibus stabilitam, de spiritibus animalibus hypothesein amplectuntur.

§. IX.

re. De cetero, calidum inter principia rerum ab Hippocrate recenseri, non alia probatione, quam inspectione loci ipsius, qui paulo ante laudatus est, indiget.

(d) In libro de principiis loci plures suppetunt, quibus ostendi potest igni certas leges praescribi. Ex. grat. II, 2.

ἀποκλείδῃ τῆ θερμῆ καὶ ἐν τῇ γῆ ἄλλοθι - ἢ τῷ χρόνῳ ὑπὸ τῆ θερμῆ ξηρανομένης τῆς γῆς. ταῦτα καταληθθέντα ἄρτι αὐτὰ σκεπτόμενος ποιεῖς δε. Ita libro I de Diaeta X, 14. Τὸ πῦρ ἐκ τῆ συμμιγέντος κινούμενης τῆ ὑγρῆ διακοσμεῖται πρὸ σώμα κατὰ φύσιν, διὰ τοίνυν ἀνάγκην. Hanc ipsam vero necessitatem eodem libro VI, 24. diuina'n vocat. αὐτοῖσι πάντα γίνεται δι' ἀνάγκην θεῖν, καὶ ἂ βέλονται, καὶ μὴ βύλονται.

(e) Neque enim poterat calidum illud mortale dici, a vir, qui ex

sua, & communi gentilibus illius aevi philosophia, illam naturam, qua coelum, astra, & animae ipsae constant, immortalem & immutabilem arbitrabatur. Neque magis mirum videtur, Hippocratem igni suo, nobilissimae iam substantiae in homine, ex eius hypothesei, sensus tribuere, quos sapientissimi quique ex antiquitate, aliis rebus, minus nobilibus, tribuere consueuerunt, verb. gr. HOMER. Iliad. V, 775.

Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων, κύδιε, μέγιστε,

Ἥελιός δ', ὅς πάντ' ἐποράς, καὶ πάντ' ἐπακύνει

Καὶ ποταμοὶ, καὶ γαῖα - -

& SOPHOCLES apud Gellium 12, 11, ὁ πάνθ' ὄρων, καὶ πάντ' ἀκύνει, πάντ' ἀναπτύσσει χροῖον.

§. IX.

Superfunt illi loci, qui de natura, eiusque effectibus & potentia in corpore humano, magnifice sensisse Hippocratem ostendunt (a), & occasionem dedere, vt bonus ille senex, qui forte voce naturae plerisque locis, nihil quam causarum efficientium (b) complexum intel-

(a) Paucos ex illis adscribere placet. Requirit HIPPOCRATES *Lege II, 9*, in medico aptam naturam, φύσις ἢ ἀντιπροσπύχου, κερὰ πάντα, φύσις ἢ εἰς τὸ ἀρίστον ὀδονγείους, διδασκαλίᾳ τέχνης γίνεται. In *praeceptionibus II, 1, 199*. Ὑποληψίον ἔν, τὴν φύσιν ὑπὸ τῶν πολλῶν καὶ παντοίων πραγμάτων κινηθῆναι τε καὶ διασχοθῆναι, ρίσις ὁπεύσας ἢ δὲ διάνοια, παρ' αὐτῆς λαβῆσα, ὑστερον εἰς ἀλῆθειαν ἤγαγεν. Ex iis quae praecesserunt apparet, sensum hunc esse, *Naturam*, i. e. structuram corporis atque sensus, a multis rebus non sine violentia saepe moueri & doceri, mentem vero illa accepta, postea ad veritatem perducere, *Libro I de Diaet. XIV, 1, 199*. Ἰατρικὴ τὸ λυπίον ἀπαλλάσσει, καὶ ὅφ' ἢ ποιεῖ ἀφαιρέσει, ὑγία ποιεῖ. ἢ φύσις αὐτομάτῃ ταυτὰ ἐπιγίγται καὶ δήμεν ποιεῖ ἀνασῆναι, κινῆμενος ποιεῖ ἀνασῆσθαι, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἔχει ἢ φύσις ἱατρικῆς. Eadem plane ratione *Epidemiorum libro VI. sect. V, 1, 19*, dicuntur νοῦσαν φύσις ἱατροί. Ανευρίσκει ἢ φύσις αὐτῆ ἰωντῆ καὶ ἐρόδου, ἢ ἐκ διανοίας, τὰ

μὲν οἶον τὸ σκαρδαμύσειν, τὰ δὲ καὶ ἢ γλώσσα ὑπεργίει, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ἀσπιδέυτος ἢ φύσις εὔσα, καὶ ἢ μαθῆσα τὰ δόντα ποιεῖ. Δάκρυα, ξινῶν ὑγρότης, πνεύματος ἕσος, ἕξος, χόσμη. Ita de alimento IV, 1— φύσις αἰκίтур ἐξαρκίει πάντα πάσιν. & VIII, 8. φύσις πάντων ἀδιδάκτοι.

(b) Saepe, quin plerumque incognitarum, quae ispae nascuntur, & efficiunt aliquid per ordinem rerum omnium, primum constitutum; neque ex voluntate humana pendunt, sed maximam partem ex effectibus demum cognoscuntur. Intelligentiam naturae Hippocraticae tribuit Ill: HALLERVS in not; ad HERM. BOERHAAV, *praelit. in Institt. Med. Vol. I, §. 107, not. 4*, cuius aucloritatem in dubium vocare non licet. In genere nobis videtur vox natura asylum fuisse, & esse saepe etiam hodie adhuc, illorum, qui causas rerum reddere, vel non poterant, vel non volebant. De cetero variae illi significationes semper tributae sunt, e quibus quaedam

tellectum voluit, & naturam a Deo ornatam esse professus est (c), non agnouisse Deum putaretur. Et haec quidem eo lubentius hic praetermittimus, quod tota hac scriptione, manifesta religionis Hippocraticae vestigia apparitura speremus (d), quibus adhuc prolata magis magisque confirmentur.

§. X.

His praemissis, proponendae sunt sententiae eorum auctorum, qui ante nos de *θείῳ* Hippocratico scripserunt. Ante omnia vero locum, in quo explicando potissimum versati sunt, integrum adscribemus. Extat ille libro, quis alius est, genuino Praenotionum (a); verba haec sunt. *Γνόντα οὖν χρὴ τῶν παθῶν τῶν τριαντίων τῆς φύσεως, ὑπόσπον ὑπὲρ τὴν δύναμιν εἰσὶ τῶν σωμάτων. ἅμα δὲ, καὶ εἰ τι θεῖον ἐνεστὶ ἐν τοῖσι νόσοισι, καὶ τούτου τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν, οὕτως γὰρ θαυμάζοιτό τε δικαίως, καὶ ἰητρὸς ἀγαθὸς ἀν' ἑμῆ.* Est enim hic ille nodus, in quo soluendo omnes interpretes Coi elaborarunt. Nos iam illos, qui ad manus fuere, laudabimus.

§. XI.

apud GORRAEVUM & FOESIVM sub titulo φύσις collectae habentur. Ὁ χαρίεστος WERLHOFFVS, magnus domus nostrae ἐπεργήτης & Patronus, quod laeti vidimus, nobiscum fere facit, & arbitratur, naturam esse aliquam vim naturalem, quae praeter artis potentiam ordinate in humano corpore operetur, & in sanitatem conseruandam, vel

restituendam, congruentibus motibus tendat. Vid. viri Cl. cautiones medic. de limitandis laud. & vitup. medel. Hann. 1734, p. 3. vbi plures aliae, de significatione vocis naturae sententiae leguntur.

(c) v. §. 4. not. e.

(d) ex gr. §. 24, 28. &c.

(a) I, 14 sqq.

§. XI.

CL. GALENVS, inter illos, & antiquitate, & eruditione sua, primum locum meretur. Hic in Commentariis suis, ad Hippocratis prae-notiones (a), locum qui §. superiori adscriptus est, explicaturus, divinum Hippocratis esse aëris nos ambientis constitutionem (b), persuadere lectoribus suis conatur. Refutauerat vero antea illorum opiniones, qui propter Deorum iram hominibus accidentes morbos, qui epilepsiam, qui morbos ab amore ortos, qui ipsorum denique criticorum dierum genus, ab Hippocrate Θεῶν appellatum arbitrabantur; his in primis vltus argumentis, quod Hippocrates in scriptis suis, nullius morbi causam in Deum transferat, verum fideratorum etiam, & morbo sacro laborantium affectiones, secundum naturam fieri dicat; & quod absurdum sit, scriptorem quemcunque commendare cognitionem rei, quam ipse non tradiderit. Atque propter hoc melius facturos fuisse interpretes dicit, si loco eius quod falsam Hippocrati sententiam imputarunt, quaesiuissent, cur Hippocrates de diuino illo, in quod inquirere vult medicos, ipse nihil tradiderit. Deinde & Epi-

(a) Ad manus fuit GALENI editio, Basil. 1538. typis excusa. Locus de quo sermo est extat Tom. IV, p. 120.

(b) τῆ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἡμῶν ἀέρος καταστάσει. Neque tamen definiuit GALENVS, quam aëris constitu-

tionem intelligat, sed si coniecturae locus est, vnamquamque κατάστασιν huc retulit, modo illa ad morbos generandos aliquid conferat, certe ex illis locis, qui ex ipso Hippocrate laudantur, aliud quid intelligere non licet

Epidemiorum libros (c), & locum ex Aphorismis laudat (d), quibus prognos eorum, quae mutationes anni, tempestatis, siderum in corpore humano efficiant, traditur & commendatur medico. In primis vero hoc vrget, in fine libri praenotionum, solícite ad Epidemios morbos, & temporis atque tempestatum constitutionem, medicos attendere iubere Hippocratem. Haec nimirum in genere solum dicta esse arbitratur, ex amplis Epidemiorum commentariis, quos hic statim subiunctos esse vult, fusius petenda.

§. XII.

Hanc sententiam GALENI, vir de bonis literis in vniuersum optime meritus, IO. ALB. FABRICIVS^(a) tui-

(c) Toti Epidemiorum libri pleni sunt locis, ex quibus apparet, Hippocratem omnino ad aëris, tempestatum, & anni temporum mutationes attendisse. In primis vero notatu dignum videtur, lib. I, sect. 3, initium, vbi morbos ex communi aliis, & vnicuique propria natura cognosci dicit, & inter alia subiicit, εκ τῆς καταστάσεως ὅλης, καὶ κατὰ μέρη τῶν μετέωρων καὶ χάρης ἐκάστης, morborum diagnosin formandam; Et popularium lib. III, sect. 3, text. 157, praecipit oportere καταμανθάνειν ἀκριβῶς τὴν κατάστασιν τῶν αἰρέτων ἐκάστην, καὶ τὸ νόσημα.

(d) Sectio tertia Aphorismorum pene tota in eo versatur; vt ea,

quae in corpore humano temporum & tempestatum varietate efficiuntur, diligenti obseruatione collecta, & ad certas leges redacta, proponantur. GALENVS, quaedam ex aphor. XI desumpta protulit, ex. gr. ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς ἢ βόρειος γίνηται, τὸ δὲ ἕαρ ἐπομβρὸν ἢ νότιον, ἀνάγκη τῷ θέρει πυρετὸς ὀξεία, ἢ ὀφθαλμίας, ἢ δυσεντερίας γίνεσθαι, μάλιστα δὲ τῆσι γυναίξιν, καὶ ἀνδρῶν τοῖσι ὑγροῖσι τὰς φύσεως, atque has, & his similes obseruationes, ad prognosin in morbis formandam facere, adeoque in his quaerendum diuinum Hippocraticum, arbitratur.

(a) In laudatissimis notis ad Io. STEPHANVM BELLVENSEM.

tuitus est; & nouis argumentis corroborauit, inter quae non omittendum videtur, ab Hippocrate aërem maximum, in omnibus quae corpori accidunt affectionibus, dominum dici (b), quin solem, frigus, ventos expressis verbis diuina vocari (c). Haec ipsa vero doctissimorum virorum GALENI & FABRICII argumenta non vsque quaque firma esse, neque omni exceptione maiora, vel ex eo patet, quia post GALENUM multi hunc locum aliter interpretari ausi sunt: quin id ipsum, quod in primis vrget magnus vir, nullum morbum Deo peculiariter adscriptum; non minus atque illud, tradi debuisse, & traditas esse morborum diuinorum prognoses, argumentum videtur, a sene COO non solam aëris diathelin, diuinam in morbis habitam. Verum haec quidem postea pluribus disceptanda erunt.

§. XIII.

(b) Libro de flatibus IV, 9, de Spiritu sermo est, qui si intra corpus contineatur, flatus vocetur; si extra, aër. ἔτ' δὲ μέγιστος ἐστίν, ἐν ἅπασιν τῶν συμπτωμάτων δυνάμει: Et VI, 1. Τοῖσι θνητοῖσι ἔτος αἰτίας ταῦτε βίη, καὶ τῶν νέσων, τοῖσι νοσέουσι. & antea iam dixerat IV, 3. ἔστι δὲ μία τῶν νέσων ἀπάσιων καὶ ἰδέα, καὶ αἰτία ἡ αὐτή. Porro VI, 8. Morbi omnes inde oriri dicuntur, si aëris ἢ πλεόν, ἢ ἔλασσον, ἢ καὶ ἀθροώτερον, καὶ μεμιασμένον νεσροῖσι μιάσμασιν, ἐς τὸ σῶμα ἐισέλθῃ. Posteriores duos locos, etiam a FABRICIO non laudantur, adscripti tamen, quia ad GALENI

sententiam omnino pertinere videbantur.

(c) Extat locus libro de morbo sacro XVII, 20, quem vero postea ad §. 27, n. g, laudare commodius fuerit, vbi totum illud argumentum exponitur. Huc etiam facere arbitratur FABRICI vs eaque Hippocrates, libro IV de morbis XXVI, 1, τὰ ἐκ τῆ ἕρανῆ vocat, quo nomine primo adspectu aethera intelligi putaret, si quis theoriam libri de principiis & carnibus huc transferre velit, cum tamen ex toto libro, & inprimis ex subsequentibus manifestum sit, de caloris & frigo-

§. XIII.

IO. FERNELIVS (a) Hippocratem voce τὸ θεῖον, totius substantiae morbos, & illos quidem vel solos, vel aliis morbis implicitos, complexum esse putat. Totius vero substantiae morbos, vel simplici corruptione, vel putredine constare arbitratur, quae ipsa saepe ex manifesta, saepe etiam ex occulta causa originem habent. Et inter has occultas causas refert etiam aëris constitutionem, non generalem illam, quam a GALENO indicari superius dictum est, verum morbidam aliquam excretionem (b), in aëre haerentem, toti nostrae substantiae infensam, quae nulla cogitatione nullo sensu cognosci possit. Hanc esse divinum Hippocratis arbitratur, & hanc etiam GALENI sententiam fuisse ponit, atque adeo, cum totam morborum totius substantiae classem, tum causam illorum specialem in aere haerentem, ab Hippocrate diuinas appellatas existimat. Et habet consentientem IO. GORRAEVM (c), qui & ipse

ris mutationibus, sermonem esse. Nimirum febris, ut hoc utar, originem XVII, 6, arbitratur Hippocrates, si aër calidior, quam oportebat, aestate in primis; intra corpus trahatur, ventriculo adhuc antiquis cibis pleno, & nouis onerato, atque inde venis repletis, calore & dolore corpori oborto.

(a) Exposuit illam, magnus vir, libro de abditis rerum causis, Francos. 1575. typis expresso p. 193. sqq: quo libro toto, illa in primis expedienda sibi sumit, quae ab antiquis

medicis diuini nomine designata arbitratur.

(b) Νοσορὴν ἀσπίρισον, quam in aëre haerere, & morborum epidemiorum causam esse, affirmat Hippocrates libro de natura humana XI, 3, et propter hoc aërem, vel paucissimum admittere, vel plane mutare iubet.

(c) In definitionibus medicis Francos. 1678. editis, voce θεῖον. FRANC. VALLERIOLOE eandem fuisse sententiam, ex LORDANO, de quo vid. §. 15 didicimus.

ipse latentius aliquid, cognituque difficilius ab Hippocrate intelligi putat, proprietate totius substantiae nobis infensum, in aëris & alimentorum natura haerens, morbisque epidemicis generandis aptum: nimirum quod a Deo vel a coelo ad nos veniat, Dei instar magnum & admirabile sit, & a causa oriatur, nullo sensu assequenda.

§. XIV.

Aliter aliquantum sentit HIERONYMVS MERCVRIALIS (a), & illud, quod diuinum vocat Hippocrates, in aëre quidem quaerendum esse cum GALENO arbitratur, sed a coelo oriri credit, quod in aërem ipsum qualitates benignas aut noxias imprimere existimat, eadem plane ratione, ac ceteris corporibus terrenis reconditas qualitates largiatur. Hanc igitur constitutionem, & qualitatem aëris occultam, ab Hippocrate diuini nomine appellatam putat. Neque huic conuenit opinio ANVTII FOESII (b), qui diuini nomine Hippocratem saepe ipsam diuinam naturam, humanorum causam praecipuam, hic vero ea, quae a Deo sunt, & quorum causam assequi non possis, comprehendisse dicit.

§. XV.

(a) In praecedentibus de Pestilentia habitis, Pictauii a. 1577, quae extant in Opusculis viri Venetiis 1644 coniunctim editis.

(b) Viri de Hippocrate optime promeriti, in *Oeconomia Hippocratica* voce Θεῶν, p. 163, ed. Geneva. 1662 proposita.

§. XV.

PROSPER MARTIANVS (a) per diuinum in morbis, aliquid ex aëris constitutione, aut a coelo ipso pendens, ab Hippocrate indicari credit, a quo deinde morbi epidemici, & in illis monstruissimi effectus, ordinarias morborum leges deferentes, subnascantur. Et haec quidem in Commentario ad praenotiones (b) proponit: verum ad alterum locum (c), quo Causa diuinum morborum muliebricam causam primam dicit, bonum senem morbos a malis daemonibus & diis inferis, scelestorum hominum veneficio, concedente Deo, immisos, diuinos appellasse arbitratur; & hoc quidem illo argumento, quod libro de insomniis (d) diis inferis supplicari praecipiat, vt malum auertant, daemonum vero praestigiae, ad hanc vsque diem in feminis in primis frequenter obseruentur MELCHIOR SEBIZIVS (e) & HIERONYMVS IORDANVS (f) intelligi putant

ea,

(a) Titulus libri, ex quo haec desumpta sunt, est, *Magnus Hippocrates Caus. Prosp. Martiani medici Romani notationibus explicatus. Rom. 1626.*

(b) pag. libri 479.

(c) Qui totus adscriptus est §. 33, in Commentario ad librum de muliebri natura p. 233.

(d) Verba inferius ad §. 34. adiecta sunt.

(e) Peculiari *diff. de Oeio*, siue *diuino Hippocratis ed. Argent. 1643*, quae illud in primis proprium habet, quod Hippocratis argumenta,

in syllogismorum forma proponuntur, morbi etiam quidam & medicamenta recensentur, & quid in illis diuinum sit, ostenditur.

(f) *Phylicus Gottingensis, de eo quod diuinum est, aut supra naturam in morbis humani corporis contingit, eiusque curatione*, librum scripsit, editum *Francofurti 1651*, cuius pag. 17, *seqq.* etiam diuinum Hippocratis tangit, et post varias de eo variorum auctorum sententias prolatas, MELCH. SEBIZII opinionem adoptat.

ea, quae adeo abstrusa, abdita & arcana sunt, vt nec sensuum beneficio, nec ope rationis inuestigari possint: siue ea lateant in ipsis affectionibus, siue causis eorum, & oriantur, vel a principio Physico occulto, vel ab alio, naturae vires excedente. Huc tamen etiam referunt, morbos cognitu difficiles, propter symptomata stuporis & admirationis plena.

§. XVI.

IO. STEPHANVS (a) Bellunensis arbitratur, Hippocratem illo ipso loco, quo diuinum morbis inesse dicit, ignorantiam suam esse professum, & forte aliquid occultum, vel inexplicabile, vel coeleste & a Deo profectum illa voce indicasse. FRANCISCVS RANCHINVS (b) diuinum Hippocraticum, a Deo ipso deriuat, & morbos a Deo inflictos, ab Hippocrate diuinos appellatos putat, ita tamen, vt daemones saepe causam secundariam esse, & aëris, ventorum, & temporum conditionem improprie eodem pertinere credat.

§. XVII.

GEORGIUS WOLFFGANG WEDELIVS (a) diuinum
in

(a) In *Theologia Hippocratis*, quae iam aliquoties laudata est. Extat vero locus hic FABRICII *Biblioth. Graec. Tom. XIII, p. 235.*

(b) *Pathologiae vniuersalis Sect. II. c. 5, edit. Lugdun. 1627, p. 98.*

(a) Proposuit hanc sententiam, paucissimis verbis, in peculiari scriptiuncula, quam honoris causa adiecit ad *dissertationem de morbis a fascino*, a Frid. Kasseberg Jen. 1682, publice disputatam.

in morbis ab Hippocrate dictum putat, si citra regulam aliquid eueniat, & plures indifferenter eodem morbo corripiantur, quibus omina in morbis contingentia adiiicit, morbos magicos vero plane ex diuinorum classe excludit. Et hanc sententiam etiam IO. ANDR. SCHMIDIVS (b). sua auctoritate confirmat.

§. XVIII.

DANIEL CLERICVS (a) Hippocratem, cum diuini in morbis mentionem facit in praenotionibus, ad Astrologorum dogmata respexisse suspicatur, quia partim rerum coelestium influxum in corpora humana Constatuere aliunde videatur (b), partim GALENI sententia non satis firma sit; cum GALENVS vel simplices aëris constitutiones intellectas velit (c), vel ut commentatores ipsius interpretati sint, occultas & corpori hu-

ma-

(b) in *dissert. de Theologia Hippocratis*, lenae, 1691 a Io. Henr. Schmidio publice defensa.

(a) *Hist. Med. Tom. I, lib. III. cap. 4, p. 189, edit. Amstel. 1702.*

(b) Etiam si negandum non sit, Hippocratem saepe rerum Astrologicarum cognitionem medico commendare, cum inter alia fiderum obseruationem, multum ad praefugiendos morbos conferre, libro *de aëribus aquis & locis* profiteatur, si nimirum cognitioni ceterarum rerum, quas ibi requirit, adiungatur, (v. §. 29.) ille tamen locus, quo in primis ad sententiam

suam confirmandam utitur CLERICVS, ex lib IV *de morbis sumtus*, ἢ τὰ ἐκ τῶ ὑπανὸ ἀνεπι-
τήδιστα ἔσιν. vix ad Astrorum vim declarandam spectare videtur, quod supra ad § 12, iam vberius aliquantum explicatum est.

(c) Hanc vero fuisse GALENI sententiam CLERICVS arbitratur. Ceterum τὸ Θεῖον Hippocratis IO. LVDOV. HANEMANNVS de morbis astralibus & ipse explicat, in libro, quem *Spiritum vniuersalem mundo restitutum* vocauit, §. 30, p. 59.

mano noxias: Hippocrates autem saepe quidem ad constitutiones aëris prouocet, verum ipsos adeo morbos pestilentes ad ordinarias solum diatheses, ad frigus, calorem, siccitatem, & humiditatem referat, neque quidquam dicat de qualitatibus occultis atque peculiaribus aëris, vnde tamen morbos diuinos oriri arbitrentur, & si dicat aliquid, non magis explicet, quid intelligi velit, quam quomodo Astrorum influxus in rebus terrestribus, & corpore humano aliquid mutare possit. Aërem vero Hippocrati esse causam maxime generalem omnium morborum, arbitratur.

§. XIX.

Restat vnicus recentissimus auctor commemorandus, quem honoris & reuerentiae causa nominamus, IO. HENR. SCHVLTZIVS. Hic in Historia Medicinae, libro qualem a tanto viro expectes (a), locis, qui exstant libris de morbo sacro, itemque de aëre, aquis, & locis, plane negat ab Hippocrate morbos Deo adscribi; fidem porro illius loci, qui libro de natura muliebri continetur, suspectam reddit; & de θείω, quod in praenotionibus memoratur, ita sentit, vel dicendum esse Hippocratem praenotiones illas iuuenem scripsisse, deinceps vero mentem mutasse; vel cum Galeno intelligendam, diuini nomine peculiarem aëris nobis circumfusi constitutionem morbosam.

§. XX.

(a) Per. I, sect. III, cap. 3, §. 11, seqq.

§. XX.

Diuinum igitur Hippocraticum (a), vt ea, quae adhuc fufius dicta sunt, ad summa capita, quantum eius fieri potest, redigamus, quidam in aëris constitutione quacunq̄ue, modo illa ad morbos excitandos apta fit, collocarunt: (b) alii esse illud latentius aliquid, cognituque difficilius, in aëre & alimentis haerens, toti substantiae nostrae aduersum, suspicati sunt (c): fuere, qui illud in aëre quidem ponerent, verum a coelo, vel sideribus oriri, & morbis epidemiis progignendis aptum esse, arbitrarentur (d): alii, illa quae adeo abitrusa sunt in morbis & causis eorum, vt neque sensuum nec rationis ope intelligi possint, diuini nomine Hippocrati intellecta voluerunt (e): quibus proxime accedunt, qui ea, quae extra ordinem in morbis eueniunt, huc retulere (f): fuere denique, qui diuinum Hippocraticum a Deo ipso diriuarent (g): vt taceamus illos, qui morbos a magis inductos hic admiscuerunt. (b)

§. XX.

(a) Hippocraticum diximus, ne quis miretur de diuino in vniuersum, quod in morbis, eorumque causis & curatione obtinet, nullas sententias auctorum oblatas, quae vel ex FERNELIO, SEBIZIO, WIERO, (Io, WIERVS de praestigiiis daemonum, de lamiis &c. in operibus coniunctim editis Amst. 1660,) IORDANO facili opera suppeditari potuissent, nisi instituti nostri, & temporis ratio illa omnia plane excluderet, & in Hippocratico diuino subsistere iuberet. Ita

sententias de Θεῖσιν, a GALENO iam refutatas repetere inuile, visum est.

(b) Galenus, Fabricius, Schulzcius.

(c) Fernelius, Valleriola, Gorraeus.

(d) Mercurialis, Martianus, Clericus, Hanemannus.

(e) Sebizius, Iordanus, Stephanus, Focsius.

(f) Wedelius, Schmidius.

(g) Iorraeus, Stephanus, Focsius, Ranchinus.

(b) Martianus, Ranchinus.

§. XXI.

Nobis videtur Hippocrates, opera naturae in vniuersum omnia, & in primis in illis morbos omnes, diuinos, & putasse, & etiam aliquoties vocasse. Verum quamdiu causam aliquam illorum assignare poterat, quamdiu omnia ordinarium decursum, a se ex pluribus obseruatis definitum, seruare videbat, non erat opus homini Philosopho, causam primariam omnium rerum semper indicare, cum secundae suppeterent; sufficiebat has indicasse, illa subintellecta (a). Vbi vero extra ordinem aliquid accidere obseruabat, vbi causa magis ipsum fugiebat, in illis ad primariam causam tantisper recurrebat, donec vel saepius obseruatum esset, & leges constitui possent, vel inuentae essent causae, quae non minus quidem diuinos redderent morbos, sed efficerent tamen, vt non amplius diuini vocarentur (b). Diuina igitur erunt Hippocrati, Deus ipse, eiusque opera; deinde preces ad Deum; & morbi omnes, tum ordine consueto, tum in primis extra ordinem euenientes (c), qui vlti-

(a) Non magis atque hodie vitio verteretur homini Physico, si in illis rebus, quarum causae cognitae, vel quarum certe leges stabilitae sunt, his omiſſis ad Deum semper refugeret, etiam si nemo illum rerum omnium auctorem temere negarit. Verum tum demum confugiunt eo omnes, cum aliquid contra leges positas, cuius causam ex cognitis assignare non possunt, euenire vident, etiam si postea non minus causas eius deprehendere, vel certe leges stabilire studeant.

(b) Frustra saepe hoc tentari, rei ipsius natura docet, neque tamen ea res pulcherrimum studium retundere debet.

(c) Priores significationes conuenire locis ceteris, vltimam isti, qui in praenotionibus extat, & de quo proprie sermo est, nobis non monentibus apparebit, sumiturque hoc vltimo loco vox substantiue, quod vocant, in ceteris adiectiui notionem habet, nisi vbi Deum ipsum & supplicationes significat.

timi, a quacunq̄ue demum causa orti esse possunt, dummodo illa incognita videatur.

§. XXII.

Et haec nostra sententia, ipsis verbis & dogmatibus Hippocratis, clarior reddenda erit. Iam primum illud monere iuuat, nullam ab ea antiquiorem opinionem plane excludi, sed amplissimis terminis pene omnia hic contineri, quae paulo ante (§. 20.) adlata sunt. Nimirum si diuinum ita intelligas, vt a nobis intelligi dictum est, poterit illud ab omnibus causis oriri, modo illae sint occultae, & non intellectae medico; poterit in omnibus morbis obtinere, modo illorum euentuum, qui diuini erant, natura nondum recte intellecta & obseruata videatur. Verum haec partim per se statim animo legentium occurrunt; partim postea amplius aliquantum exponentur. Interim iucundum est, quod molestum legentibus pariter, atque scribenti opus, remouendi aliorum sententias magnam partem ita compendi factum est, & nihil agendum restat, quam vt omnia, quae ad nostram sententiam confirmandam faciunt, commemorentur.

§. XXIII.

Vnum tamen adhuc monendum est, vocem *θεῖον*, praeter has significationes, sulphur etiam Hippocrati indicare, (a) quod etiam si omnibus notum sit, tamen vel
ideo

(a) Forte, quod illud ad reliquos cultus adherent veteres, vt ex omni antiquitate relicta monumenta, nimis manifesto docent.
Hoc

ideo adiectum est, ne omisisse significationem vocis argui possemus (b). Fuisse vero, qui hac ipsa forte significatione inducti, illa, quae in morbis diuina Hippocrates appellat, a sulphureo principio oriri dicerent, ex LORDANO (c) constat. Neque videntur plane absurda & inepta posuisse, cum non constet, an non sulphur sit, vel oleosum principium, in aëre, ceterisque rebus haerens, quod contagium, ipsosque morbos epidemicos creet: hoc certe negari non possit, ab oleo in corpore humano, in primis si vi febris acrimoniam contraxerit, maxime anomala symptomata posse excitari, quae Hippocratem pro diuinis habuisse, mirum non esset. Haec tamen non attulimus, quo causa illa defendi posse videatur, quam non aliunde, quam ex LORDANO cognitam habemus, & ab Hippocraticis effatis ita alienam putamus, vt forte ne cogitasse quidem Hippocratem, de hoc morborum genere diuino appellando arbitremur: verum mentio eius iniecta est, quod iniquum videretur ineptiarum accusari hominem, qui certe sanum aliquid, & de cetero ad rem explicandam aptum, protulerit, etiam si sint, quae impediunt, quominus sententia illius locum habeat.

§. XXIV.

Hoc vero etiam ex Hippocratis scriptis elucescere sequens sectio docebit.

(b) Vnam adhuc significationem, qua ἰσῆτος patrum notat, vnde forte Itolorum Ζῆο ortum, omisimus, quod in Hippocrate legendo illam nobis obseruatam non meminerimus.

(c) Verba LORDANI, quae exstant libri iam supra laudati p. 18, haec sunt. *Denique nescio quis Chemicorum hoc ἰσῆτος Hippocratico morbos sulphureos, quas illa gens vocat, inepte stabilire fatigit, & non ita multo post p. 2, de inepto Chemico sulphure, non est quod verbulum addam.*

D

§. XXIV.

Proponere iam placet locum Hippocratis, in quo τὸ θεῖον sulphuris notionem requirere videtur, ut & exemplam exstet illius significationis, & sententia Hippocratis, minus recte adhuc explicata ab interpretibus, reddatur dilucidior. Habetur ille libro de morbo sacro (a), quo quidem scripto, Hippocrates, questus de illorum hominum impudentia, qui variis incantamentorum generibus audeant medelam morbis facere, quos tamen a diis immissos dicant; Ipse aegros ad templa potius deferri, diis supplicari, & ab his curationem expectari suadet, si quidem ab illis morbos immissos arbitrentur. Denique, *Non tamen, inquit, existimo, a Deo hominis corpus inquinari, sordidissimum a purissimo: Ceterum etiamsi forte ab alio commaculatum aut adfectum sit, a Deo purgari & expiari malit, quam inquinari; & ea de causa maxima & impurissima peccata purgans & purificans τὸ θεῖον i. e. sulphur est, perfugium factum nobis; Ipsi nos terminos diis templorum sacrorumque designamus, quos nemo nisi purus transeat, intrantes vero adspargimur, non ut inquinemur, sed si quid prius habeamus sceleris, ut ab eo purificemur.* Omnes interpretes, qui ad manum fuere, per τὸ θεῖον Deum ipsum intelligi rati, sensum obscurissimum reddidere, quem, patre optimo primum monente sulphur hic intelligendum, expeditiorem factum, atque magis rei

(a) IV, 45, 99. Verba, quae huc in primis spectant, haec sunt. Τὰ γυν̄ μίγισα τῶν ἀμαρτημάτων καὶ ἀνοσιώτατα τὸ θεῖον ἐστὶ τὸ καὶ θαῖρον, καὶ ἀγρίζον, καὶ ἔρυμα γενόμενον ἡμῖν;

quae si de Deo simpliciter & proxime intelligenda sunt, Hippocrates praecedentem sententiam, non confirmavit, sed otiose repetiit.

rei ipsi, & fidei antiquitatis conuenientem, considerantibus apparerebit. Nobis exemplum huius *Dei* dedisse sufficit.

§. XXV.

Iam festinantes ad reliquas eius significationes, primum quidem locos, qui ostendunt ex Hippocratis sententia morbos omnes a Deo pendere, & ideo diuinos illi esse, proferemus, vt ex illis deinde firmiore pede, ad alterum diuinum in morbis, quod libro prae-notionum lectoribus suis commendat Cōus, progredi liceat. Initium autem fiet, enarrandis breuissime iis, quae pluribus de morbo sacro profert optimus senex, vt & appareat, an sententia viri bene intellecta sit, & ex illis ea, quae in primis ad rem nostram facere videbuntur, elici possint.

§. XXVI.

Inualuerat nimirum ante Hippocratis tempora inter homines communis opinio, epilepsiam ab ipso Deo hominibus infligi, neque proinde remediis ordinariis curari posse. Opinionem vero hanc primi induxerant, & fouebant postea, illi, qui curationem certam promittere non ausi, in Deum culpam reicere, & certis Diis certos morborum effectus tribuere, quam profiteri ignorantiam suam (a) malebant, & credulitate aliorum

(a) Adscribendus esset fore totus liber *de morbo sacro*, si omnia, quae

rum abusi, praescribebant quidem illa, quae profutura putarent, & ab iis, quae nocere animaduertissent, aegros iubebant abstinere (b), verum summam curationis in expiamentis & incantationibus variis collocabant (c), & ita efficiebant, vt si male cessisset res, ipsi, qui nulla remedia praescripserunt, culpa, quam in Deum reiciebant, vacare putarentur; si bene, ipsorum arti sanatio tribueretur (d).

XXVII.

quae huc pertinent, afferri deberent. Verum hoc quidem minus necessarium videtur, & praecipua solum loca indicasse suffecerit, adscriptis paucissimis, quae ad rem in primis facere videbuntur. Haec quae adhuc dicta sunt, in primis exitant II, 1, sqq. & III, 38, sqq. En verba II, 1, sq. Ἐμοὶ δὲ δοκέουσιν οἱ πρῶτοι τῶτο νόσημα ἀφιερώσαντες, τοῖσιντοῖσι εἶπαι ἀνδραποῖ, οἷοι καὶ νῦν εἰσὶ μάχοι τε, καὶ καθάρται, καὶ ἀγύρται, καὶ ἀλαζόνες. οὗτοι δὲ πρῶτοίονται σφύρα θεοσεβείας εἶναι, καὶ πλέον τι εἰδέναι. ἔτοι τοῖσιν παραμυθεύμενοι καὶ συμβαλλόμενοι τὸ θεῖον τῆς ἀμνηχάρης. τὸ μὴ ἴσχειν ὅ, τι πρῶτενέγκαντες ἀφελήσασιν. ὡς μὴ κατὰ δῆλοι ἔσων ἰδὲν ὅπως εἰμενοι, ἱερὸν ἐνόμισαν τῶτο τὸ πᾶθθ εἶναι. &c.

(b) II, 7, sqq. III, 1, sqq. Ex gratia, praeeperunt a carnibus fuillis, caprinis, ceruinis, caninis; diuersis piscium generibus, ab auiibus quibusdam, inter quasetiam gallum posuerunt, a mentha denique, allio & caepris abstinendum, non incubandum pellibus caprinis

non ponendum pedem in pede, in manu manum, pallium nigrum non habendum, & id genus alia, quae quidem omnia, partim curationem impedire Hippocrates arbitratur, partim religionis causa adiecta.

(c) III, 45 sq. Καθαίρουσι γὰρ τὸς ἐχομένους τῆ νέσφαιμασι καὶ τοῖσιν τοῖσιντοῖσι μιάσματιν, ἔχοντας ἢ ἀλάτορας. ἢ τεθαρμαγμένους ὑπὸ ἀνθρώπων, ἢ τὸ ἔργον ἀνόσιον ἐργασμένους. καὶ τὰ μὲν τῶν καθαρῶν γὰρ κρύπτουσι. τὰ δὲ ἐς θάλασσαν ἐμβάλλουσι, τὰ δὲ ἐς τὰ ἕρα ἀπορέουσι, ὅτι μηδὲν ἀψήτα, μηδὲ ἐπιβήσεται. Sequuntur iam quae §. 24. allata sunt. De cetero eandem fabulam hodie adhuc, etiam si alio nomine, ab imperitis saepe agi, certum est, qui febres intermittentes, arthritides, ipsam epilepsiam non minus absurdis remediis, curaturos se promittunt.

(d) III, 1, sqq. Non adscripsimus Graeca, quia nihil continere videntur, quod non iam Latine dictum sit.

§. XXVII.

Hippocrates vero pro ingenii sui acumine, & cognitione eorum, quae inter homines fieri solebant, facile fraudes horum hominum, vt in aliis rebus (a), ita hic in primis perspexit, atque curationem solidiorem (b), & a superstitione certe vacuum, in libris suis tradidit, ingenue professus, si quid medici cognitionem, vel potentiam superare videretur (c). Verum vt essent, qui curari vellent, auferenda erat ante omnia inueterata illorum opinio, quibus iam persuasum & firmiter animis infixum erat, nulla omnino remedia, praec-

(a) Exemplo fit *liber de virginum morbis*, quo Hippocrates, cum harum affectionum causas, signa, effectus, curationem tradidisset, libere II, 30 dicit, si a deliriis hysteris respiciant virgines τῆ Ἀρτέμειδι αἱ γυναῖκες ἄλλα τε πολλά, ἀλλὰ δὲ καὶ πολυτέλεστα τῶν ἰματίων κενερώσει τῶν γυναικείων, κενερώτων τῶν μάντεων. ἐξ απαίσιωμεναι. Haec vatum mytheria, pro more horum hominum sollicitissime populo religionis occultata, detegere, magni ingenii & audaciae fuit, & vel ideo maxima Hippocrates veneratione dignus videtur.

(b) Diximus solidiorem curationem, Nam theorias, vt Graeco, sed commodo tamen vocabulo vt liceat, quas ad hunc morbum, cum hoc scripto, tum *libro de statibus* affert, nostro quidem seculo, post circulum sanguinis ab immortalibus HAR-

VEO in plena luce collocatum, nemo solidas esse dixerit, etiam si multa in iis verissima esse, & hodiernis etiam experimentis constare, certum sit. Verum singula examinare, non huius loci est.

(c) De morbo sacro *liber* fere totus in theoria morbi sola occupatur, curatione pene omissa, neque adeo in illo aliquis distinctionem inter species affectionis, quae curari possint, quae minus, aut ipsam curationem expectabit. Ne tamen precario candorem Hippocratis laudasse videamur, *Praedictorum libri* II, cap. XVI, inspici rogamus. Quamuis etiam *libro de morbo sacro* passim interspersa sint practica, vt vix caput sit, quo non aliquid, quod huc referendum videatur, reperias. Vid. ex. grat. totum c. IX, & huius §. not. e, & g.

praeter incantamenta, quidquam ad hunc morbum, a Deo videlicet immissum, valere. Hoc ita perficere conatus est, vt partim artificia & fraudes incantatorum illorum apertissime describeret (d); partim epilepsiam nulla re diuinorem esse aliis morbis (e) ostenderet, cum

a

(d) Haec quidem §. superiore iam exposita sunt.

(e) Totum I caput libri, in quo versamur huc referendum videtur: in illo enim Cou morbum sacrum nihilo diuinorem sibi videri, quam reliquos morbos omnes, neque natura ab aliis illum se diuersum putare, dicit; verum hominés in eam opinionem venisse, quod & minus experti essent, in morborum natura explicanda; & admiratione morbi, qui nihil simile reliquis haberet, perculsi. Pergit porro καὶ τὸ θεῖον αὐτῆ διασώζεται, κατὰ τὴν ἀπορίην αὐτοῖσι τὸ μὴ γινώσκειν, κατὰ δὲ τὴν εὐπορίην τὸ τρέψαι τῆς ἰήσεως. (Ita enim disiecta verba colligenda, omisso ἰώνται, quod ab aliquo, dilucidorem reddituro difficilem sibi, vel minus intellectam, constructionem, infarctum videtur, suadet & expedita ita sententia, & parentis optimi auctoritas.) Admiratione vero non diuinum reddi morbum, eo probat, quod sint multi morbi non minus illi quidem mirabiles, & portentosi, quos nemo diuinos censet. Febres tertianas & quartanas exempli loco affert, qui morbi ἐδὲν ἦσαν δι-

κείσιν ἰερεῖ ἕναι, καὶ ὑπὸ θεῶ γίνεσθαι, ταύτης τῆς νόσου, καὶ ἰθαυμάσιον ἔχουσι. Eodem argumento vtitur CICERO de Nat. Deor. II, 10. Vide quae sō, si omnes motus, omniaque, quae certis temporibus ordinem suum conseruant, diuina ducimus, ne tertianas quidem febreis, & quartanas diuinas esse dicendum sit, quarum reuersione & motu, quid potest esse constantius? sed omnium talium rerum ratio reddenda est. Ita furores etiam, deliria, ploratus dormientium & clamores, a nullo manifesto principio orta, & mox tranfutura saepe tamen obseruata, non minus mirabilia videri subiungit, quae tamen nemo diuina dicat. Similis huic locus existat V, 1, sqq. quo Hippocrates diuinorem epilepsiam esse ceteris morbis, ideo in primis negat, quod naturam eandem, & easdem causas habeat, quas reliqui omnes. Τὸ θεῖον i. e. sacrum τῆτο, οὗσιν καὶ πράσσειν ἀπὸ ταύτῃ γίνεσθαι, ἀφ' ὅτου καὶ τὰλλα πάντα. (Coordinauimus verba aliter aliquid quantum, quam Hippocrates, vt sensus fieret expeditior, quem interpretes, per τὸ θεῖον Deum ipsum

ia-

a causis naturalibus oriatur (f), a procatarcticis ordinariis

intelligi rati, obscurum reddiderunt.) και ἰητὸν εἶναι καὶ ἐδὲν ἴησον ἐτέρων, ὅτι μὴ ἦδη ὑπὸ χρόνου πολλοῦ καταβεβιασμένον ἦν, ὡς ἦδη εἶναι ἰαυρότερον τῶν φαρμάκων τῶν προσεφερομένων. Ἄρχεται δὲ ὡς πρὸς τὰλλα νοσήματα κατὰ γένεσιν. Ἐι γὰρ ἐκ τοῦ φλεγματώδους ἔσ. quae hic adscribere longum & inutile fuerit, cum a volentibus omnia scire, e loco qui supra indicatus est, peti possint.

(f) Elegantissimus locus huc faciens legitur III, 9. Dixerat antea homines, qui incantamentis vtantur, varia suadere & dissuadere, in primis carniū caprinarum vsu interdicerē epilepticis, (quod §. superiore dictum est,) & ideo Africanos populos in primis epilepsia affligi oportere, si quidem haec ad epilepsiam aliquid faciant, quod illi pene omnia ex pellibus caprinis habeant, caprina quotidie pene vescantur. His subiungit. Ἐι δὲ ταῦτα προσεφερόμενα καὶ ἐδιόμενα τὴν νόσον τίχλει τε καὶ αὐξέει, καὶ μὴ ἐδιόμενα ἴπται, ἕκ ἑστίν ὁ θεὸς ἀλλίος ἔδενός, ἐδὲ οἱ καρδιαιμοὶ ὠφελεῦσιν, ἀλλὰ τὰ ἐδέσματα τὰ ἰώμενα τε καὶ βλάπτουσι τῷ δὲ θεῷ ἀφανίζεσθαι ἢ δύναμις. ὕτως ἦν ἐμοὶ γε δοκέουσιν, οἱ τινεσι βίβωσι ἰσχυρῶς ἐχειροῦσιν ἴησθαι ταῦτα ἢ νοσήματα, ὡς ἰερεῖ νομίζουσιν εἶναι, ὡς θεῖα. ἔσ. Contradiceret hic locus pluribus aliis, nisi τὸ θεῖον ita intelligas, vt

Coi aevo ab vulgo hominum intellectum est, nimirum a Deo proxime ortum quid, nulla remedia admittens; contra hoc enim solum hic disputat Hippocrates, & morbos omnes a Deo esse, aliis locis nimis manifeste profitetur. Vid. libri in quo versamur, de morbo sacro I, 11, vel not. e. Verum causas naturales morbi a capite inde VI, ad finem vsque tradit, quam veras non disputamus, quas in primis a cerebro pituita impleto deriuat, quae aërem per corpus discurrentem excludat. Singula adscribere longum foret. Notatu tamen dignum videtur experimentum anatomicum in capris epilepticis institutum, quorum cerebrum humore foetido plenum deprehendit Hippocrates: hoc vero in hominibus etiam ita se habere putat, & hinc non Deum, sed morbum esse, qui epilepticos affligat. vid. c. XIII 10, 19. Neque vero illud omittendum est, quod V, 10, exiat. Ἐτερον μέγα τεκμήριον, ὅτι ἐδὲν δεϊότερον ἐστὶ τῶν λοιπῶν νοσημάτων τοῖσι γὰρ φλεγματώδεσι, φύσει γίνεται, τοῖσι δὲ χολώδεσι ἢ προσπίπτει, καὶ τοῖσι ἐι δεϊότερον ἐστὶ τῶν ἄλλων, τοῖσιν ἅπασιν ὁμοίως ἔδει γίνεσθαι τὴν νόσον ταύτην, καὶ μὴ διακρίνεσθαι, μήτε χολώδεα μήτε φλεγματώδεα. ἀλλὰ γὰρ αὐτοῖσιν αἰτιῶσι ὁ ἐγκερμύσθαι τε τῷ πᾶσι, ὡς πρὸς καὶ τῶν ἄλλων νοσημάτων τῶν μεγίστων.

riis excitetur (g), & medicationem qualem alii morbi admittat (b); partim illos homines manifestae impietatis conuinceret (i).

§. XXVIII.

[g] XVII, 20, §g. "Αυτὸ δὲ ἢ νῦν-σος ἢ ἱερὴ κηλομένη ἀπὸ τῶν αὐτῶν προφασίων γίνεται, ἀφ' ὧν καὶ αἰλοῖται, ἀπὸ τῶν προσιώντων καὶ ἀποιόντων, διὸν ἰσχυρῶς ἠλικί, πνευμάτων, μεταβαλλομένων τὲ καὶ μηδέποτε ἀτρεμιζόντων, ταῦτα δὲ ἐστὶ θεῖα, ὡς ἐκ μὲν διακρίνοντα τὸ νόσημα θειότερον τῶν λοιπῶν νοσημάτων νομίζειν, ἀλλὰ πάντα θεῖα, καὶ ἀνθρώπινα πάντα. Hoc solum adscribere visum est, plurima quae huc faciunt, passim existant; e. g. totum caput XV huc referendum, videtur. Ceterum de causis procatarteticis morbi, hic agi, cum remotas in temperie pituitosa & cerebro male affecto collocasset Cous,

(b) Huc iure suo referuntur ea quae not. f. huius §. ex III, 9, §g. iam adscripta sunt. Verum sunt & alia plura, quae hic locum merentur, vt hoc vtar XVIII, 38. ὅστις δὲ ἐπίσταται ἐν ἀνθρώποις τὴν τοιαύτην μεταβολὴν, καὶ δύναται ὑγρὸν καὶ ξηρὸν ποιεῖν, καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὑπὸ διαίτης τῶν ἀνθρώπων, ὅτος καὶ ταύτην τὴν νόσον ἰατῶ ἀν. ἐστὶς καὶ κείνος διαγιγνώσκει τῶν συμφορῶν, ἀνευ κηθαριῶν καὶ μαγευ-

μάτων, καὶ πάσης ἄλλης βαναυσίης τοιαύτης.

(i) Pulcherrimus, & praeter ea, quorum causa hic laudatur, ad religionem Hippocratis demonstrandam aptus locus existat, III, 17, §g. Reprehendit nimirum acerbè Hippocrates illos, qui lustrationibus & purificationibus suis alios decipiunt, notione religionis ad fraudem tegendam adiecta. Καὶ τοὶ ἔμοι γε ἐστὶ ἐυσεβείης δοκέσει τὴς λόγους ποιεῖσθαι, ὡς οἶον ἐστὶ ἀλλὰ περὶ δυσσεβείης μᾶλλον, καὶ ὡς οἱ θεοὶ ἐκ ἐσπί τὸ δὲ ἐυσεβὲς καὶ θεῖον αὐτῶν ἀσεβὲς καὶ ἀνόσιον ἐστίν, ὡς ἐγὼ διδάξω Ἴεϊ γὰρ σελήνην τε κηθαίρειν, καὶ ἥλιον ἀφανίζειν, χειμῶνα τε καὶ ἐυδίην ποιεῖν - - τᾶλλα τὰ τοιοῦτοτροπα πάντα ἐπιδέχονται ἐπίστασθαι. ἔτε καὶ ἐκ τελετῶν, ἔτε καὶ ἐξ ἄλλης τινὸς γνώμης, ἢ μελέτης φασὶν οἰοῖ τε εἶναι, οἱ ταῦτα ἐπιτηδεύοντες, δυσσεβεῖν ἔμοι γε δοκέουσιν, καὶ θεὸς ἔτε εἶναι νομίζειν, ἔτε ὄντας ἰσχύειν ἐδέν, ἔτε ἐργεσθαι ἀν ἐδενὸς ἰῶν ἐρχάτων ποιοῦντας. ὧν ἕνεκά γε πᾶς ἔδεινο ἄρ' αὐτοῖσιν εἰσιν. Sequentia omnia in hoc capite hic adscribi digna videntur: sed spatio parcendum est: quaedam damus §. 24.

§. XXVIII.

Et haec quidem, quae adhuc prolata sunt, contra nostram sententiam facere quibusdam videbuntur, certe ad verba ipsius Hippocratis minus attendentibus proclive esset in eam sententiam venire. Cum Deo omnes effectus in corpus humanum denegasse. Verum salua res est, & vel ideo ea, quae Hippocrates plurimis illo libro exponit, quam potuit paucissimis adscripta sunt; & Hippocratis verba, quae maxime huc facere videbantur, adiecta, ut inde, quis scopus fuerit magni viri, appareret, & tota rei connexionem perspecta, iudicent lectores, an erroris accusandi sint, si qui hic ita sentire Hippocratem dicant, a Deo quidem, purissima natura, neminem inquinari, quin purgationem a sordibus corporis & animi a numine expectandam; sed morbos tamen omnes, & speciatim epilepsiam, etiam si per causas naturae ordine procedentes in nobis subnatos, ab occasionibus ordinariis excitatos, & remediis naturalibus curandos, diuinos tamen esse, & a Deo originem suam habere. En illustre religionis Coi nostri testimonium, en vnam diuini Hippocratici significationem.

§. XXIX.

Alius locus magis etiam illo, qui modo adlatus est, hanc notionem diuini poscens, extat libro de aëre, aquis & locis, qui certe liber inter maxima cimelia artis, propter neglectam vulgo hanc doctrinam, referendus videtur. Commendat vero Hippocrates medico, in vrbe quacunque medicinam facturo, an-

E

te

te omnia inquisitionem in generales illas morborum causas, nimirum quibus ventis maxime propter situm peculiarem tangatur; quomodo ipsa regio & soli ratio constituta sit; quo denique viuendi genere incolae vti soleant: ex his enim, si Astronomiae scientiam adiunxerit medicus, plurima mala & cognosci & praedici posse affirmat. (a) Percurrit deinde singularum plagarum ventos, & morbos familiares hominibus, qui loca illis exposita incolant, indicat: aquarum porro palustrium, fontanarum, & pluuiatilium, diuersas bonitatis notas indicat, & quid singulae in corpore humano efficiant, pulcherrime tradit, quibus pauca de tempestatum ratione subiungit.

§. XXX.

De regionum possea & soli rationibus dicturus, exempli loco differentiam inter variarum Europae & Asiae regionum plantas, animalia, & incolas in primis affert, quorum speciem externam, colorem, indolem, ingenium, mores enarrat, & illa regionum quas incolunt naturae similia plerumque esse, comparatione instituta

pul-

(a) Est hoc compendium totius libri de aëribus, aquis, & locis: hinc nemo expectabit, vt singula loca Graeca adscribantur, vel laudentur adeo. Neque tamen hic praetermittendum videtur, plerisque locis, quibus Astronomiae cognitione medicam artem iuuari dicit Hippocrates, illum non tam pecu-

liarem astrorum singulorum influxum in corpus humanum spectasse videri, quam temporum rationem, quae, cum calendariorum vsu nondum ita publicus esset, definito siderum cursu commodissime indicabantur. Verum haec coniectura esto, alio forte tempore disputanda.

pulcherrime ostendit. (a). Tradit deinde gentium quarundam ingenium singulare, speciem externam, viuendi genus, vt exemplum praebeat illorum, quorum cognitionem eum in medico requirere, supra dictum est. (b)

§. XXXI.

In illis gentibus Scythas Europaeos in primis, qui ad Moeotidem paludem curribus loco domuum vntes, & sede instabili pascua sequentes, (vt hodie adhuc solent illi populi,) vagabantur, commemorat, & illos propter rationem & situm soli, quo utebantur, atque ceteras viuendi rationes, humida corpora habere ostendit. Nimirum regiones illas perpetua glacie, niuibus, imbrisque madere, ventisque borealibus expositas esse obseruauerat, viderat porro hos homines, hocaëre, &

(a) Adscribere locum elegantissimum, vel ideo placuit, quod illa etiam hodie adhuc, si ingenium totarum gentium spectes, deprehendi videantur, etiam si ille, qui haec ad singulos homines transferre vellet, non minus forte absurdè ageret, ac si quis cum vibem splendidam esse dictum est, singulas in illa domos pulcherrime exornatas requireret. Extat ille XXXIV, 5, &c. "Οὐκ αἱ ὄραι μεγάλας μεταβολὰς ποιεῖσθαι, καὶ πικροτάτας ἐκεί, καὶ ἡ χώρα ἀγριατάτη, καὶ ἀνωμαλοτάτη ἐστίν. οὐκ δὲ αἱ ὄραι μὴ μεγάλα ἀλλάσσουσιν,

ἐκείνης ἢ χώρα ὀμαλοτάτη ἐστίν. ὁ δὲ ἔχει καὶ πᾶσι τῶν ἀνθρώπων, ἢ τις βέλτεται ἐνδυμῆσαι. εἰσὶ δὲ φύσεις, αἱ μὲν ὄρειν βοσκόμεναι, δευτέρως τε καὶ ἀνδροῖσιν, αἱ δὲ λεπτοῖσι τε καὶ ἐνδροῖσιν. αἱ δὲ λειμακιστέροισι τε καὶ ἐλώδεσι, αἱ δὲ πεδίοις τε, καὶ λίμναις, καὶ ἕνεθ' εἰσίν.

(b) Per hanc occasionem plura commemorat Hippocrates, quae attentum ad omnia animum magni viri fuisse ostendunt. Ex. gr. Cur libertas mutet hominum ingenia? vnde Macrocephali longis capitibus nascantur? & id genus alia, quae ex libro ipso requiri possunt.

E. 2.

& aquis ex niue resoluta vtentes, vel nullo labore exerceri, & totos dies desidere in curribus, vel equitare pedibus pendulis. Ex his enim omnibus pituitam albam accumulari, & articulos pedum in primis, ad motum ineptos reddi aliunde sciebat, & vel hoc ipso Scytharum exemplo, in ea sententia confirmabatur, qui crustis sibi per totum corpus iniustis, & parte humoris, quae molesta erat, ita ablata, medicinam faciebant. Hac ipsa vero humoris inertis abundantia, infocundas porro fieri has gentes, Hippocrates credit, & viros quidem, propter subortam inde molliem alui, & lassitudinem ab equitando, venerem minus petere; foeminas (a) vero, propter tumidam aquis corporis molem, minus ad concipiendum & fouendum foetum aptas esse, arbitratur.

§. XXXII.

Haec vel ideo adlata sunt, vt etiam illis, quibus otium non esset totum librum Hippocraticis perlegendi, apparet, quomodo in eum sermonem delatus sit, summus vir, cuius causa haec adscripta sunt. Nimirum, dum in Scytharum ingenio explorando versatur, non solum maxime familiaris illis gentibus languor ad venerem ei oblatus est, de quo quidem iam quaedam dicta sunt, verum etiam multos ex illis plane ad res venereas ineptos haberi deprehendit, atque muliebribus vestibus in-

(a) Foeminas etiam ad sterilitatem illam aliquid conferre, Cuius exemplo ancillarum ostendit, quas etiam magis ipsae foeminae maritatis concipere & parere, constabat.

indutos, inter foeminas aetatem agere; populares vero huius rei causam ad Deos referre, & metuentes sibi ipsis, hos homines reuerentia summa colere, & humi prostratos adorare. (a) Cuius quidem affectionis causam veram explicaturus Hippocrates, non ille quidem negat, sibi ipsi quoque has affectiones diuinas videri, sed nimirum, vt omnes alias; neque vnum morbum altero diuiniorem aut humaniorem se putare ait, sed omnes diuinos arbitrari, profitetur: etiamsi vnumquemque suam sibi habere naturam, (sine qua nimirum nihil fiat,) affirmet, atque huius etiam Scythicae affectionis rationem se reddituram promittat (b). Neque est

(a) HERODOTVS I, 105, p. 44, *ed. GRONOVII*, eiusdem rei mentionem facit, & vt solet, quidquid accepit, qualecunque illud tandem sit, referre, Scythis causam huius mali fuisse dicit, spoliatum ex Aegyptia expeditione redeuntibus, antiquissimum Veneris Vraniae circa Ascalonem in Syria sanum: Inmissum nimirum illis esse morbum foemineum (Θήλειαν νόσον) qui ad posteros propagatus sit. LOCUS hic HERODOTI a LONGINO de sublimitate s. 28, *ed. TOLLII* p. 162, laudatus, vt exemplum praeberet comptae circum locutionis, mire torlit interpretes, cum quidam emmenia, haemorrhoides alii, alii dysenteriam intellectuam ab HERODOTO vellent; TOLLIVS denique exemplis ostendit, veteri-

bus in vsu fuisse nomine Θηλείας νόσον turpissimam marium effoeminatorum libidinem insignire, & LONGINVM, arbitratum in loco HERODOTI periphrasin ἀμίμητον esse, errasse putat. Quidquid huius sit, in Hippocrate nullum eius rei vestigium inuenire viciit, neque tamen videtur habere, quod non cum TOLLIANA interpretatione conciliari possit.

(b) Locus qui huc in primis facit, extat libro de quo sermo est, XLIX, 3 sq. *Ἐστὶ τε πρὸς τοῖσιν εὐνοχίαι γίνονται οἱ πλείστοι ἐν Σκύθῃσιν, καὶ γυναῖκες ἐργάζονται, καὶ ὡς αἱ γυναῖκες διαλέγονται τε ὁμοίως. καλεῦνται δὲ οἱ τοῦτοι ἐν ἄνδρες· οἱ μὲν ἀπὸ χωρίου τὴν αἰτίαν πρὸς τὴν θήλειαν νόσον, καὶ σέβονται τὸ πῶς τὸς ἀνδράσιν, καὶ σεσηκύνεσι,

est in his quidquam, quod mutare suadeat propositam supra de diuino sententiam, quae ita dilucida est, ut v-nico adhuc exemplo adscripto, ad alteram vocis notionem, quae his praemissis, non magnam difficultatem habere videtur, transire placeat.

§. XXXIII.

Nimirum his vtrisque locis similis videtur ille, qui in principiis statim libri de muliebri natura occurrit (a), etiamsi interpretes partim constitutionem aëris morbificam, partim incantamenta magica ad illum interpretandam, aduocarint. Facillime vero ita explicari posse videtur, ut sensum maxime expeditum singulorum Hippocratis verborum sequaris, & dicas, maxime quidem Deum ipsum (b) ab Hippocrate pro morborum muliebrium prima causa haberi, deinde naturas foeminarum & colores (c). Cui explicationi optime conueniunt, quae deinde subiungit, hos morbos tractandos suscipienti, primum quidem a diuinis (d) esse incipiendum

δεδοκίωτες περί τε αὐτέων ἕκαστοι. ἐμοὶ δὲ καὶ ἀξίως δοκῶ ταῦτα τὰ πάθια θεῖα εἶναι, καὶ τὰλλα πάντα καὶ εὐδὲν ἕτερον ἐπέρι θεϊότερον, εὐδὲ ἀνδραπινώτερον, ἀλλὰ πάντα θεῖα. ἕκαστον δὲ ἔχει φύσιν τῶν τοιαύτων, καὶ εὐδὲν ἀνευ φύσεως γίνεταί. Plura dicentur §. 36 & 37.

(a) Περὶ δὲ τῆς γυναικείης φύσεως, καὶ νουσημάτων ταύτης λέγω. μάλιστα μὲν τὸ θεῖον, ἐν τοῖσιν ἀνδραπινώσιν αἰτίον εἶναι, ἔπειτα εὐφύστες τῶν γυναικείων καὶ χροαί.

(b) Auctoritatem qua confisi τὸ θεῖον Deum ipsum indicare putamus, vid. §. 34.

(c) Videtur signum externum, pro tota corporis constitutione positum esse, eadem plane ratione, atque χλῶρος a Graecis, & les couleurs a Gallis vocari solet, idem hoc morbi genus.

(d) I, 11. Δεῖ δὲ τὸν θεὸν ταῦτα χειρίζοντα, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν θεῶν ἀρχεῖσθαι, ἔπειτα διαγιγνώσκειν

dum, deinde cognoscendas naturas muliebres, aetates, maturitates & locos.

§. XXXIV.

Morbos magicos, & ab incantamentis ortos, hic non intelligendos esse, ex libro de morbo sacro ostendi potest, quo, vt supra iam dictum est, (a) venerabilis senex conqueritur, homines impiis suis expiationibus impietatem & impuritatem maxime τῷ θεῷ i. e. numini oblicere. Hic enim τὸ θεῖον eadem plane ratione, atque in libro de morbis mulierum, positum est, neque adeo credibile videtur, eundem virum qui de impietate in τὸ θεῖον acerbe conqueratur, & incantationes magicas nominet, eundem, inquam, virum postea, sub eadem plane voce, incantationes ipsas intellectas velle. Neque addi quidquam opus esse videtur, cum illa, quae ex libro
Coi

κειν, τὰς δὲ φύσεις τῶν γυναικῶν, καὶ τὰς ἡλικίας, καὶ τὰς ἡσας, καὶ τὴν τόσων, ἔαν ἦ. Τὰ θεῖα hic supplicationes & preces significare, vt ex ipsis verbis Hippocratis apparere videtur, ita nec ceteris sapientissimi viri effatis repugnat. Religionem & preces magni fecisse Hippocratem supra ad §. 4. ostensum est. Loquitur vero hic de morbis mulierum, quae timidae & superstitiosae iam tum esse solebant, ἀθυμοτέρη γὰρ, καὶ ὀλιγοφρονοτέρη φύσις ἢ γυναικῶν. v. de morb. virgin. l. 10. Natura porro morborum ab utero, metum & desperationem mulierum animis incutere solet, & quod ma-

ximum est, commendabantur contra hoc genus morborum in primis supplicationes & donaria, v. §. 27, n. a, vt adeo mirum non esset, Hippocratem, quem non minus prudentem virum, quam bonum medicum fuisse, scripta eius docent, etiamsi non ita sentiret, deum causam huius morbi pronunciaffe, & a diuinis initium curationis horum morborum fieri voluisse.

(a) Vid. notas ad §. 26 & 27. Notandus hic in primis videtur locus III, 44. καθαρμοῖσι τε χρῆσονται, καὶ ἐπασιδῆσι, καὶ ἀνοσώπατον γε καὶ ἀδωτάτον ποίησαι τὸ θεῖον. &c.

Coi de insomniis pro sua sententia afferre MARTIANVM supra (§. XV.) dictum est, nihil minus, quam morbos a maleficiis vel malis daemonibus ortos indicent, quin argumentum contrariam partem tuentibus suppeditare videantur (b). Ita neque firmiter esse, alterum MARTIANI argumentum, maleficia etiam nunc in foeminis frequentiora, quam in viris reperiri, adeoque probabile esse Hippocratem eo respexisse, vel inde apparet, quod hoc quidem aevo, quo literis regio quaeque est excultior, eo minus id genus incantamenta locum habere deprehendantur. Et in vniuersum in Hippocraticis monumentis, nulla omnino morborum a maleficiis ortorum suspicio est, quin incantamenti curaturi morbos false ridentur, neque iam quaerendum esse videtur, quid nos diuinum in morbis muliebribus arbitremur, verum quid Hippocratem voce τοῦ θείου intellexisse probabile videatur.

§. XXXV.

Neque vero aëris diathesin hic indicari, etiam si multorum

(b) Illo ipso enim libro diuidit vir acutissimus, somnia in duas classes, e quibus quaedam certa bona aut mala praefagiant, & a Deo veniant, *Θεῶν ἐστὶν*, quaedam a morbis corporis orientur, quos & precibus & medicina auertere iubet. Percurrit deinde quaedam somniorum genera, & quid singula significant, quidque in illis facere, qualem medicationem adhibere

oporteat; praecipit: & in primis diis superis in significatione secundorum, inferis, malorum auersoribus, in aduersis supplicari iubet, vt omnia mala auertant, Graeca adscribere longum fuerit. Extant vero ll, 1 *sqq.* & XI, 5, *sqq.* &c. Nihil hic de magia quadam occulta, contra ea Deos inferos, vt mala auertant, publica religione inuocari iubet.

torum morborum causam aërem esse dicat Hippocrates, (a) & illius cognitionem, ad morbos cognoscendos & curandos multum conferre, cum diuino sene fateantur omnes boni medici; cum ipsa vocum significatio, tum in primis hoc euincet, quod illis locis, quibus diuini mentio fit, de aëre nihil plane dicit Hippocrates, quod quidem necessario eo referendum videatur; illis contra ea locis, quibus de aëris effectibus disputat, de *belq* nobis quidem nihil deprehendere licuit. Nam etiamsi libro de morbo sacro (b), aërem diuinum vocet Hippocrates, tamen si cum reliquis sententiis illius libri conferatur, ad illud solum haec facere apparebit, vt perulgata eo tempore opinio, quosdam morbos magis diuinos & sacros esse reliquis, eximeretur, non vt aëri peculiaris quaedam diuinitas tribueretur. Ex quibus omnibus (c) hoc videtur confici, cum verba proprio intellecta sumta, optimum sensum & ceteris auctoris sententias non alienum habeant, tutius esse illum retinere, quam dubia & incerta, in eius locum substituere.

§. XXXVI.

Verum de morbo illo Scytharum dicendum restat, quam causam Hippocrates illius affectionis arbitratus sit. Obseruauerat sagacissimus vir, illos totos dies propendentibus pedibus equitantes, claudos primum fieri &

(a) v. §. 12, ex libro de flatibus

(b) v. §. 27, n. g.

IV, 9.

(c) v. plura §. 49.

& trahere lumbos inmobiles (a), deinde sibi ipsis medicinam facturos, vtramque venam post aurem vulnerare, vnde sanguine multo profluente, & somno ipsis prae debilitate obrepente, condormiscant, quo somno discusso, quidam sanitatem recuperasse, alii vero minus deprehendantur (b). Verum hoc genere medendi Hippocrates hos homines corrumpi putat, cum venas, quae post aurem sunt, si quis fecerit, sterilitatem illi inferri arbitretur (c); hinc fieri, vt hi homines si aliquoties

(a) Quae hoc §. dicta sunt, extant l. f. l. *de aeribus aquis & locis*, L. *segg.* Verum haec, quae Scythia accidere dictum est, apud nos etiam euenire solent illis, qui nimis equitationibus defatigantur, (& accidisse iam tum pluribus, qui frequenter equis vehebantur, ex fine libri, in quo versamur constat.) etiam si nos stapedibus aliquantum niti soleamus, quibus Scythia plane caruisse, ex antiquissimis picturis & monumentis constat. Nimirum iuuenes & mediae aetatis viri inde fluxionibus in artibus inferioribus, rheumatismum ischiadicum vocant, Graeco nomine, laborare solent, quae, nisi promptam medicinam facias, in ancylosin, & plenariam motus omnis cessationem degenerare possunt: seniores ipsa arthritide saepe corripuntur.

(b) Videntur ad animi deliquium vsque sanguinem emisisse, optimo certe instituto, nisi omnibus lum-

borum doloribus promiscue vnum genus medelae adhibuissent, verum in iuuenibus solum & mediae aetatis viris, sanguine turgentibus, sub initia statim morbi, bene antea considerati, venam secuisent. Nempe haec non erant ab illis hominibus expectanda; & hinc factum esse videtur, quod medelam saepe frustra fecerunt.

(c) Non constat, quomodo in eam sententiam delati sint veteres, vt iuxta aures genituram in medullam spinalem deferri putarent; ita vt illos qui post aurem festi essent, feminis parum, debile, & infocundum inter coeundum emitere arbitrarentur, viis geniturae, a cicatrice, vulnere inducta, consolidatis. Hanc sententiam multis exponit Hippocrates *libro de genitum c. III.* & forte vulgare Germanorum prouerbum hinc ortum videri posset, qui post aures aliquid residere illi dicant, quem lepidum vegetumque dicere volunt. Neque vero

ties Venere frustra tentata elusi sint (a), credant Deum a se offensum, culpam eius rei in illum reiciant, induant ipsi stolam muliebrem, suam ignaviam agnoscant, atque mulierum mores & opera imitentur.

§. XXXVII

Dei vero peculiarem iram huius affectionis causam non esse, pulcherrimo exemplo magis probabile reddit candidissimus senex. Viderat nimirum pauperes, qui prae inopia equos alere & domi desiderare non possent, verum de cetero Deorum cultum negligerent, quin Deos contumeliis afficerent, quod sibi opes non dederint, minime omnium hoc malo affligi, contra ea nobilissimos, & ditissimos quosque, Diis inimolantes, & donaria suspendentes (a), verum plus etiam equitantes &

vero opus est longa refutatione. Vasa enim, quae post aures sunt, nihil ad feminis generationem peculiariter conferre; leges quibus sanguinis circuitus peragitur, & cultior hodie anatoe, docent. Sed neque de nervis intelligenda esse, quae dicit Hippocrates; aut si essent intelligenda, vera dici, quisquam facile euincit, cum in primis constet, vulnera post aurem, magnis cicatricibus persanata, nihil propagationi sobalis nocuisse. Vid. ex. gr. MELCH. SEBIZII *Exercit. medic. Argent.* 1672, p. 332, seqq.

(d) Forte *ἀναδ'πειν* illa Scy-

tharum, non tam ex venis post aurem incisis orta est, quam quod boni illi viri ad res venereas, propter indicatas ab Hippocrate veras rationes, minus apti essent, cui dispositioni, cum magna sanguinis, ad animi deliquium vsque emissi, iactura accessisset, facile euenire potuit, vt ad mensum vnum alterumque prae debilitate plane generandi facultate carerent, quam postea, cumulata ex nimia desidra, & illa ipsa boni sanguinis euacuatione, pituita alba, plane illos perdidisse, credibile est.

(a) Etiam si receptae opinionis, qua pauperes magis pii esse, quam

& reliquum ab equitatione tempus domi desidentēs, solos fere eo laborare, cum tamen contrarium obtinere necesse sit, si quidem ament Dii admiratione esse hominibus, & pro cultu illis gratias referant, crimina vero in se commissa, morbis inflictis statim puniant. Diuinum igitur fatetur morbum Scytharum Cous, sed ita scilicet, vt non magis diuinum illum esse, atque omnes alios morbos, concedat.

§. XXXVIII.

Tres igitur hi loci ad hoc fecerunt, vt inde apparet, Hippocratem, etiamsi nullius morbi causam speciatim in Deos referat, vbi naturales sufficere videbantur, & omnia secundum ordinarium a se iam aliquoties observatum decursum procedunt, tamen omnes morbos eorumque causas a Deo ortos & diuinos esse, arbitrari: Morbum sacrum vero, mulierum morbos, Scytharum affectionem, contra vulgi superstitiosi opinionem, quae insuper fouebatur fraudibus sacerdotum, in medicorum manus reducere conatum esse. Neque frustra hoc molitus est (a), etiamsi tantum non valuerit,

vt

diuites & potentes vulgo putantur, haec repugnent, non incredibilia pro illorum hominum moribus dici, vel ex ARISTOTELE constat, qui in pulcherrimis notationibus morum *Rhet.* 11, 17, nos docet, ex fortunis & opibus sequi ἐν βέλτιστον ἦδ' ὅτι φιλόθεοί εἰσι, καὶ ἔχουσι πρὸς τὸ θεῖον πάσ πείθειντες, διὰ τὰ γιγνόμενα ἀγαθὰ ἀπὸ τῆς τύχης.

(a) An libro περὶ ἐυχαιμοσύνης V, 1, quo medicus philosophus Deo aequalis dicitur, quod inter alia ἀδαισιδάμων lit, ὑπεροχὴ θεῶν in eo collocetur, quod morbos a Deo, per naturae effectus immifos, eandem naturam sequendo profliget, in dubio relinquere visum est, cum totum hoc argumentum discutiendum susceperit,

ami-

vt opinionem, quae firmiter infederat animis, funditus euelleret: sufficit sapientibus nebulas superstitionum remouisse, vt ipsi viderent, num incantationibus & ceteris nugis, an vero remediis secundum naturam, precibus tamen non omissis, morbi sanentur. Nomen interim antiquum haesit morbo sacro semper (b), quin nouo nomine erysipelas Graecum, Romanis ignis sacer dictum (c); & febris in Deorum ordinem relata (d), & publico cultu Romae adorata est (e).

§. XXXIX.

amicus meus GE. MATTHIAE; vir, qui Hippocratica vestigia strenue legendo, ad τὸ ἱσόδιον Coi magnis passibus contendit De cetero Aesculapium in Deorum numerum receptum esse, ex praefatione CELSI, & Oratione Thessali Hippocratis 177, constat; En verba Thessali. ἀλλ' ἀρχὴν μὲν δε θεοῖ, ἐνθεν γένος εὐχόμεθ' εἶναι, ἀσκληπιὸς ἢ ἠρακλῆς, ἐπ' ὠφελείῃ ἀνθρώπων ἐγένοντο, ἢ τύτους δὲ ἀρετῆς τῆς ἐνταῦθα ἐν θεῶν χάριτι ἔχουσι πάντες. Verum haec in transitu dicta sunt.

(b) Hic morbus etiam peculiari Deo sacratus, & Hercules dictus est, vel, quod Hercules ipse illo affectus fuerit, vt vult GALENVS; vel, quod robur incredibile hominum illo laborantium Herculeum videretur; vel, quod omnia magna Herculi assignarent & ita Hercules lepis ob eodem Hercule dictus videri posset, nisi quis ab vrbe Heraclea, vbi primum inven-

tum narrant, nomen ortum esse malit. Verum in genere dubitare quis posset, quem morbum Herculeum dixerint veteres, cum sint, qui elephantiastin, alii, qui maniam velint, quam litem dirimere nostrum iam non est. Adscribi hic merentur, quae ARETAEVS CAPPADOX, de nomine ἱερῆ νῦσος, disputat, de morbor. diuturnor. caus. & sign. 1, 4, p. 28, E, ed. Boerhaav. Δοκίει ἐς τὴν σελήνην τοῖσι ἀλιτροῖσι ἀφικνεῖσθαι ἡ νῦσος· τῶν κεν ἱερῆν κελύσκει τὴν πάλιν. ἀτὰρ ἢ δὲ ἄλλας ψευδασίας, ἢ μέγας τὸ κακὸν ἱερῆν γὰρ τὸ μέγα· ἢ ἱστοῦ ἐκ ἀνθρωπίνης, ἀλλ' ἄνευ ἢ δαίμονος δόξης ἐς τὸν ἀνθρώπου ἐισόδα· ἢ ζυμπάντων ὁμῶ, τήνδε ἐκτελεσκον ἱερῆν

(c) V. CELS. V, 28, 4.

(d) PLINIVS Hist. Nat. II, 7. Ideo etiam publice Febris sanum in palatio dicatum est, nimirum, quia fragilis & laboriosa mortalitas, in partes ista digessit, infirmitatis suae

§. XXXIX.

Neque haec, quae adhuc prolata sunt, mira videntur illis, qui cogitabunt, quae magna, vel humanis viribus & ingenio ampliora videbantur, ea omnia veteres diuina credidisse & appellasse. Et poëtae quidem pene omnes, hoc habent, ut Deos aduocent, ubi lectores suos magna & excelsa cogitare volunt. HOMERVS (a) inter alia multa pulchrum eius rei exemplum praebet, cum in exercitu Graecorum Troiam oppugnante, grassantes morbos, Apollini eiusque telis tribuit, & quod CELSVS (b) inde concludit, testimonium

memor, ut portionibus coleret quisque, quo maxime indigeret. Et CICERO de legibus II, 9, de eodem facello videtur locutus, cum *arae veteres in palatio, Febris Deae*, mentionem facit. Vid. GERH. IO. VOSSEI Theol. gentil. I, 8, 6, 158, 199. qui hoc adiicit, *Febrim pro Saturni filia a quibusdam habitam esse.*

(e) Ipsa medicamenta etiam sacra dicta sunt, quod praesentissimam ex illis opem deprehendissent medici, & post *ἱερὴν πικρὰν* GALENI, multae aliae *sacrae* compositiones enatae sunt, quarum quaedam videre est, apud NIC. MYREPSVM nobilem illum ex antiquitate medicamentarium. Et haec consuetudo medicamenta illustria *sacra* vocandi, non solum apud Graecos & Romanos, sed apud Germanos etiam locum habuit, qui suum *visum*, quod illum & ve-

nera pellere, & partum promouere arbitrarentur, diuinum putarunt, etiam si illo etiam ad sacra uli sint, & varia alia illi tribuerint, de quibus v. elegantissimum libellum, IO. GEORG. KEYSLERI, adiectum *antiquitatibus septentrionalibus & Celticis* eruditissimi illius viri, & in hoc in primis genere literarum, praeclarissime versati. Add. CLERICI *Hist. Med. I, 9, p. 27. ed. Amst. 1702.*

(a) *Iliad. I, 380,* audit Apollo precantem sacerdotem suum, propter ablatam filiam Chrysidem,

*Ἦκτε δ' ἐπ' Ἀργείοισι χερσὶν βίλος
ἢ δὲ νυ λαοί.
Θνήσκον ἰσασσύτεροι τὰ δ' ἐπώ-
χετο κῆλα θεοῖο
Πάντα ἀνά στρατὸν ἱερὸν Ἀχαιῶν.*

(b) In praefatione statim in i-
psis initiis,

nium perhibet, morbos tum iam ad iram Deorum relatos esse, & ab iisdem opem peti solitam. Ita SOPHOCLES (c) furorem Aiakis a Minerua immissum fingit, & diuinum morbum appellat. Neque vero solum poetae a diis oriri, quae magna videbantur, sub variis figmentis proposuerunt, quae tamen ad populum in eam sententiam deducendum multum faciebant, sed etiam apud alios scriptores (d) vestigia huius opinionis inuenire licet.

§. XL.

(c) In *Aiace flagellifero*. Vocat vero Chorus illam affectionem, v. 187, *δειόν νόσον*.

(d) Ex: gratia STRABO l. 13, p. 433, 5, seqq. ed. Genev. 1387, cum narret prope Hierapolim, sitam ex aduerso Laodiceae, esse specum oppletam crassa caligine, ex qua vapores surgant, animalia omnia propius accedentia necantes, castratis tamen inspicientibus adeo in foramen innoxios, inter alias huius admirandi effectus causas, diuinam prouidentiam nominat, quale quid in fanaticis furoribus obtineat. (ὅτε δαίαι πρόνοια, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἐνδοσιασμῶν ἐκχέει). ita apud DIOGENEM LAERTIVM in *vita Heracliti* IX, 13. exstat Darii ad magnum illum seculi sui Philosophum epistola, (an genuina illa sit, non disputamus) qua illum inuitat, vt ad se veniat & explicet librum, quem de natura conscripserat, qui nimirum, vt verba ipsa DIOGENIS adscribamus

ἐμπνευόμενον κατὰ λέξιν σὺν δοκῇ δυνάμει τινα περιέχειν, θεωρίας κόσμου τε τῆ σύμπαντος, καὶ τῶν ἐν τῷ γινόμενων, ἀπερ ἐστὶν ἐν θεοτάτη κείμενα κινήσει. *d*ystema enim Philosophiae Heracliticae omnia principia rerum, quarum princeps ignis, in motu, & inter se pugnantia, constituit. Ita in *Idyllio* VI, BIONIS, *vers.* 9, *Myrson* interroganti *Cleodamo*, quam inter quatuor tempestates anni optimam putet, respondet,

Κρίνειν ἐκ ἐπιόσινε θεῖα ἐργα βροτοῖσι

Πάντα γὰρ ἰερά ταῦτα καὶ ἀδία.

Sed omnes libri veterum ita pleni sunt eiusmodi sententiis, vt haec iam superuacanea forte quibusdam videantur, cum vel ex noto illo VIRGILII *vers.* *Aeneid.* 3, 60. *Quid non mortalia peccora cogis, auri sacra fames!* constet sacrum esse, quod magnum sit & ingens, & cuius ratio reddi non possit.

§. XL.

Verum haec vndique conquisita hic afferre, nihil at-
tinet, & instituti nostri ratio non permittit: Neque ta-
men vnum hoc omittendum videtur, GALENUM (a)
cum omnia medicamenta ad quatuor suas classes, cali-
dum, frigidum, humidum & siccum redigenda, &
ex horum varia commistione, effectus in corpus hu-
manum explicandos putaret, quorundam vero pecu-
liarem effectum obseruasset, qui ex his principiis suis,
quae semel posuerat, non posset explicari; huius ge-
neris medicamenta diuina vocasse. Haec ipsa enim
quoque GALENI ratio facit, vt eo confidentius dica-
mus, Hippocratem, cum omnes morbos a Diis ar-
cessat, etiamsi nullum speciatim & praeter ceteros, ab
iis immitti velit (b), illa in morbis *θεϊα* (c) dicere, quae
ex

(a) GALENUM omnia medica-
menta ad quatuor sua genera, va-
rie inter se permixta, redigere co-
natum, abunde docent libri *de sim-
plicium medicamentorum facultati-
bus*; & hinc ortae vires substan-
tiales, materiales, specificae, sub-
stantiales incognitae. Haec in
compendium redacta, extant in
HERM. BOERHAAVE *praelectioni-
bus de virib. medicam.* inuito aucto-
re, emendatiustamen, quam ab ini-
tio, editis *Par.* 1726, p. 115 *seqq.*

(b) v. §. 38, & confer cum his
§. 21.

(c) SYDENHAMVS, vir totus
Hippocraticus, aliam aliquantum

τῶ θεϊῶ notionem tribuit, & illud
credit morbis plerisque inesse: esse
nimirum *specificam proprietatem*;
quam nulla vnquam *contemplatio*,
a speculatione corporis humani de-
sumta, in lucem *producere* queat.
Sunt haec verba ipsius viri summi
ex *Tract. de Hydrope* p. 490, *ed.*
Lugd. Bat. 1729, desumpta. Ve-
rum hoc non esse *diuinum* Coi-
senis, vel inde apparet, quod il-
lum, signis morborum, causis,
effectibus, & medendi rationibus,
quantum quidem morborum ipso-
rum diligens obseruatio suppedita-
bat, pernoscendis & inueniendis
occupatum, ad cetera plerumque

ex principiis, signis, & effectibus ordinariis deriuari & explicari non possunt. Et hoc iam porro ostendendum erit.

§. XLI.

Libro, cuius iam saepe mentio facta est, praenotionum, in primis propositum fuit Hippocrati, vt signa certa e quibus praesagia in morbis formari possent, traderet. Neque toto illo libro quidquam de causis morborum admiscet, sed sola signa proponit, ex quibus decursus morborum cognosci possit, & quae vbi-que locorum, & omnibus temporibus, quin in ipsis constitutionibus epidemicis, valere arbitrabatur (a).
Et

parum in curandis aegris attendisse, ex scriptis practicis summi viri constat. Commendat vero discipulis suis diuini notionem, tanquam necessariam, ex cognita ante natura morborum ediscendam, non ex structura corporis exsculpendam. Et hanc rationem sequendam esse illis, qui morbis internis medicinam facere conantur, certum est: etiamsi hoc non inde consequatur, quod quidem SYDENHAMVS, in iis quae sequuntur, vult, subtiliorem Anatomae & Chemicarum doctrinae cognitionem, inutilem esse medicos: cum artes omnes inter se arctissimo vinculo connexae sint; termini porro, quantum scitu necessarium sit, poni non possint; de-

inde omnia, quae vera eadem, etiam sint vtilia, etiamsi quaedam minus frequenter in vsum vocari possint; & quod maximum est bonarum artium incrementa hac ratione impediuntur. His iisdem argumentis vtitur Ill. HALLERVS, quo magistro profecisse, in maxima felicitatis parte ponimus, in adnotationibus, ad communis nostri praeceptoris, HERM. BOERHAAVE *Praelectt. in Instt. Medic. Vol. 1, p. 52, n. 2.*

(a) Totum caput vltimum auri libelli huc facit. Praecipit nimirum auctor medicis, vt differentias morborum semper populariter grassantium, & constitutionem singulorum temporum cito cognoscere studeant, & hoc quidem

Et licet melius fore putet, si medicus omnes aegros ad pristinam valetudinem reducere, atque ita praenotionibus carere posset, tamen cum propter vim morborum, & nimiam eorum velocitatem, frustra saepe medicina adhibeatur, necessariam dicit esse medico cognitionem naturae morborum, ut iudicare inde possit, ubi natura a vi morborum superetur (b); ex qua ipsa cognitione deinde perspicere ei liceat, si quid diuinum morbis insit, atque illius praenotionem ediscere. Ira enim fore putat, vt & merito admirationi sit, & boni medici officio satisficiat.

§. XLII.

Scilicet, vt erat Hippocrates diligentissimus naturae scrutator, & in primis in interiore morborum natura, & ordine, quo se excipiebant in illis singulae mutationes, illarumque mutationum signis inuestigandis, propter plurimas morborum historias, quas vel ipse obserua-

ue-

dem ex coniecturis certis, & reliquis signis; semper tamen memores, omnibus annis, omnibus temporibus, mala malum significare, vtilia bonum, cum in Libya, Delo, & Scythia, scripta hoc libro signa vera comperta sunt: Vnde in his regionibus, non difficile futurum esse arbitratur, multo illis plura assequi, si quis ex signis datis, bene comprehensis, recte iudicare & ratiocinari sciat. Neque desideranda esse morborum adscripta nomina, cum omnes, qui superscriptis temporibus iudicen-

tur, ex iisdem signis cognosci possint.

(b) Graeca, quorum haec est interpretatio, vid. §. 10. Ceterum locus huic parallelus extat eiusdem libri XXVI, 13, 14. Χρη δὲ τὸν μέλλοντα ὁρῶντες προγινώσκειν τὰς περιεσομένους καὶ τὰς ἀποθανέμενας, ὁσοῖσθε ἂν μέλλῃ πλήρους ἡμέρας παραμένειν τὸ νόσημα, καὶ ὅσοισιν ἂν ἐλάττωσιν τὰ σημεῖα ἐκμανθάνοντες. (Sic legendum, non ἐκμανθάνοντες, vt dedit Lind.) πάντα δύνασθαι κρίνειν, λογιζόμενον τὰς δυνάμεις ἀψίτων πρὸς ἀλλήλας &c.

uerat, vel aliunde ad se delatas collegerat, exercitatissimus; ita non poterat non saepe obseruasse, fieri in morbis aliquid extra ordinem, cuius causa in obscuro lateat (a), & signa, quae certa videbantur, in ceteris eiusdem generis affectionibus interdum fallacia deprehendisse. Et de hoc omnino monendi erant lectores, in libro, quo tradenda sibi sumserat signa omnia, quae longo vsu obseruata habebat, & quae vbique locorum, vel ita se habere, vel, si quid diuersum sit, cognitionem eius iuuare arbitrabatur; quin, quae in ipsis constitutionibus epidemicis valere putabat: vt illis quidem ad morborum naturas cognoscendas vtantur, verum non vsque quaque fidant, & potius ex ipsa illa morborum cognitione deinde attendant, si quid extra ordinem in morbis eueniat, atque huius ipsius extraordinarii signa omni modo edificere studeant.

§. XLIII.

Nempe, haec ipsa videtur esse τοῦ Θεῖου quod iam tractamus, significatio, quae nihil habeat, quod reliquis

(a) Omnino etiam ad causas obscuriores & ratiocinio inueniendas respexisse Hippocratem, neque Empiricum fuisse, (quae secta, vt necessario ante Hippocratem, obtinuit, ita post illum quoque floruit,) ex scriptis summi viri apparet. Et adeo non hoc solum agebat, quod fecisse empiricos ex CELSI praefatione constat, vt si

incideret nouum mali genus, statim videres, cui morbo id esset proximum, & tentaret remedia, similia illis, quae vicino malo saepe succurrerant; sed ex ipsa obseruatione affectionum, causas etiam illarum, & constantem decursum cognoscere studebat, vnde deinde natura duce assequi conabatur, quid faciendum esset, nunquam tamen opinioni suae ita

quis auctoris sententiis repugnet, sed contra ea rationibus totius libri praenotionum, & omnium Hippocraticorum scriptorum optime conueniat (a), neque etiam a populari loquendi ratione abhorreat (b). Videatur, inquam, Hippocrates hic diuina vocare illa omnia quae praeter praenotiones iam obseruatas, & hoc libro traditas, fiant; atque haec diligenter obseruari velle a medicis, vt inde etiam huius praenotiones exsculpere, & ita semper magis magisque morbos cognoscere & praedicere discant. Neque adeo poterit quisquam de hocce diuino in morbis recte iudicare, nisi in ipsorum morborum ordinario decursu inuestigando antea probe exercitatus, vt nimirum nemo ad exactum de statu morbofo corporis iudicium ferendum aptus erit, qui non saui naturam antea probe cognitam habuerit.

§. XLIV.

Neque vero causa huius diuini indicari poterit, cum productus a causa ordinaria illaque cognita effectus, ex

firmiter inhaerens, vt morborum singularium & indiuiduorum rationem obseruare negligeret.

(a) Pulcherrime enim cum illis locis, qui in superiobus adhuc copiose expositi sunt, conciliari potest haec sententia, cum in illis omnium rerum & morborum causam, agentem per naturae a Deo positas leges, ipsum Deum pronunciet optimus fenex; hic, vbi leges ordinariae migrari viderentur, statim ad causam primam & sum-

nam prouocet, a qua omnia pendere sciebat, donec propiores inuenirentur. v. §. 21.

(b) Ex §. 40. constitit, quae magna putarent veteres, & quorum ratio occulta esset, ea diuina illos dixisse. Et plura afferri possent, si opus videretur, cum, vt hoc vtar, Cometae & Eclipses, quod extra ordinem & sine manifesta causa accidere putarentur, diuinae ab imperitis habitae & vocatae, quin forte Planetae etiam,

notione nostra diuini, $\theta\epsilon\acute{\iota}\omicron\varsigma$ non sit, & non possit extra ordinem aliquid euenire dici, nisi illud a causa incognita medico producat; etiamfi ordinarium aliquid esse possit, licet eius causa non cognoscatur. Ac proinde τὸ $\theta\epsilon\acute{\iota}\omicron\varsigma$ in omnibus morbis (a), vbique, quocunque tempore, a causis omnibus, poterit existere, modo fiat aliquid, quod obseruatis adhuc in natura & decursu morbi, cuiuscunque demum, repugnet. Neque vero ideo omnia illa, quae praeter naturam affectionis, in morbis pene singulis, quotidie euenire obseruantur, statim ad diuinum Coi referenda videntur, cum id ipsum, quod saepe eiusmodi mutationes obseruatae sunt, & sub iisdem conditionibus, atque vt inde suspicari licet, a causis iisdem ortae, efficiat, vt non amplius haec diuini notio illis conueniat.

§. XLV.

Malignum in morbis exemplum sit eorum, quae adhuc dicta sunt. In illo enim multa ita ab ordinario decursu morbi, in quo obtinet, deflectere obseruantur, vt diligentissima attentione opus sit, ne fraudem sibi, vel aegro potius, quem tractandum suscepit, fieri patiatur medicus; cum saepe pulsus arteriarum oppressus, in

ob incognitam diu illorum cursus rationem, deorum nominibus insigniti sint.

(a) Etiamfi ex Hippocratis sententia, diuinum hoc in morbis solum quaerendum videatur, tamen

pari ratione etiam in causis morborum, & ipsis medicamentis obtinebit, quo diuina medicamenta GALENI, pro rationibus illius secuti, omnino referenda fuisse videntur. v. §. 43.

in aegris subito debilibus, & nihil mali sentientibus, inquietis tamen deprehendatur, maxima interim febre, quae non nisi ex effectibus cognosci possit, corpus depascente, ita, vt cum optimis lignis aeger moriatur. De his & id genus aliis, pleni sunt medicorum commentarii, quae vt, post circulum sanguinis inuentum, & cadauerum sectionem repetitam (a), ipsamque naturae effectuum diligentiolem obseruationem, facilius explicari possunt; ita plerumque ex peruerso medicationis genere orta, vel aucta certe, mortis ineuitabilem necessitatem inducunt; cum medici quidam, consilio maligni a corde pellendi, calidissimo regimine febrim incendere, & varias inflammationes, in sphacelum letalem mox degeneraturas, excitare soleant, etiamsi ratio, experimenta, auctoritas, sapientissimorum in arte virorum, contraria fieri, & omni potius arte impetum febris minui iubeant. Pestis ipsa ad malignissimos omnium morborum merito refertur, cum sine villo signo, sanissimos quosque inuadens, subito intra minimum tempus, siquidem summus eius gradus obtineat, mortem inferat, nisi vel subita venae sectione, febris summae vis, quam potest celerrime, refringatur, vel omnibus meatibus apertis, id quod erat humoribus admixtum quaecumque *μίασμα*, morbum excitans, citissime eliminetur. Neque enim tutum saepe est expectare, donec illa materia in apostema deponatur, quae

HA-

(a) ex. gr. Saepe in morbis malignitatis accusatis, vomicas hepatis latere, inculcabat auditoribus suis,

Summus, dum viueret, BOERHAAVIUS.

naturae methodus esse solet, & quam, nisi in principiis medelam feceris, postea omni arte adiuuare oportet. Haec igitur, qui primum in aegris deprehenderunt, si quidem in morborum natura examinanda versati fuerint, sine dubio ad diuinum quod vocat Hippocrates, retulissent, quae iam, partim ab Hippocrate ipso diligenter obseruata, & hodie a summis viris illustrata, sub diuini notione comprehendi non possunt, cum & prognosis eorum exstet, & curatio apta praescribi possit, etiamsi causae non perfecte inspiciantur. Eadem plane ratione, atque singulae epidemicae constitutiones, cum primum inuadunt, extraordinarium aliquid habere, experientissimis quibusque medicis, videntur, quas postea diligentius obseruatas, ad ordinarias plerumque leges reduci posse, atque diuini notionem semper magis magisque euanescere, exemplis constat. Quae quidem, e SYDENHAMI praesertim scriptis, confirmare non difficile fuerit.

§. XLVI.

Hinc illud consequitur, vt quo diligentius quis morborum naturam examinandam sibi sumserit, eo plus diuini huius illi primum offerri necesse sit, quod postea ipsa illa diligenti obseruatione morborum, in primis si quam plurimorum obseruata adiungat, semper magis ordinarium, atque adeo hoc sensu minus diuinum, ipsi futurum esse, consideratio rei ipsius docet. Et certe, si methodum Hippocraticam secuti ab Hippocrate inde essent medici, atque ea diligentia, qua summus ille vir
in

in indagendis morborum, causis, signis, & effectibus vsus est, ad nostra vsque tempora, recentiores antiquiorum semper obseruationibus nixi, medicinam coluissent, quod commendare medicis hoc ipso loco videtur. Cuius parum diuini huius in morbis superesset. Quamquam vel sic illud imminutum esse, tot nouis ad medicinam accessionibus factis, tot obseruationibus scriptis, tot experimentis captis, nemo in dubium vocabit. Poterat vero magis decrefcere, nisi multi medicorum hypothefibus, & vanis ingenii luxuriantis figmentis intenti, artem optimam, obseruationibus & certis experimentis sapientissime superstructam, ad suas quisque normas, falsa veris miscendo, accommodare, quam antiquis fundamentis, optime iactis, inaedificare, & ita artem optimam semper magis perficere, maluissent.

§. XLVII

Et iam iure quidem exempla huius diuini suppeditari expectabunt lectores. Verum, cum Hippocraticum diuinum tractandum susceperimus, dicendum esset, quid illi in morbis diuinum visum sit, quod certe difficillimum fuerit, modo omnino fieri possit; cum ipse Hippocrates in scriptis suis, quibus de morbis cognoscendis & curandis praecipit, nunquam quod quidem nobis deprehendere licuerit, aliquid diuinum hoc sensu vocarit (a), verum, vel canones generales, ex pluribus
 histo-

(a) Et forte omnia quae obseruata habebat chartae mandauit, vt posterius demum, excitati diuini nomine, viderent, an diuini aliquid in illis

historiis morborum collectos, vel ipsas obseruationes nudas proposuerit, forte vt ex illis exempla defumerent lectores eorum, quae dicta erant; vel inde legum, a se positarum, exceptiones formarent, quibus postea, accessionibus subinde factis, ad nouas leges inueniendas vterentur (b). Ex his autem inuestigaturo, quid Hippocrati diuinum fuerit, non sufficeret, omnia Coi monumenta in numero habuisse, & ex illorum comparatione deinde ostendisse, esse aliquid in historiis morborum, quas tradidit, quod legibus, & obseruatis reliquis Hippocraticis repugnet, vel praeter prognosin acciderit; cum sic nondum ad certum peruenire liceat, & hoc tamen semper restet dubii, forte hanc ipsam exceptionem, saepius obseruatam bono feni, & ad ordinarium decursum morbi relatam esse. Certe haec difficultas, quae aliquoties tentantes repulit, ita nos deterret, vt malimus totum hoc, iam quidem omittere, quam amplissimo huic mari immergi. (c)

§. XLVIII.

illis obtineat, quos, adiecto singulis, quae sibi diuina videbantur, ipso illo nomine, ab inquisitione deterruisset.

(b) Si quis malit Hippocratem sibi soli modo & filiis scripsisse, quae obseruauerat; vel scripsisse, vt exemplum praerberet, quomodo scribendae sint historiae morborum, nihil est, quo refutari possit; quanquam omnia etiam coniunctim stare posse videantur.

(c) Etiam si huius loci non sit, exempla aliunde quam ex scriptis Coi adferre, occurrit tamen in WEDELIANA epistola supra laudata, exemplum quod adscribere placuit, quia nimis pulchre ad rem illustrandam facit. *Decumbit studiosus, inquit ille, maligna febre, adsunt conuulsus motus grauissimi, pulsus frequens, inordinatus, debilissimus, faeces inuitae prodeunt, oculi feroces, natura prostrata, e-*

§. XLVIII.

Vnum tamen hic non omittendum est, quod etiam si exemplum non suppeditet diuini huius, tamen ad sententiam Coi perspiciendam non inutile futurum videtur. Nimirum Hippocrates libro de morbo sacro (a) inter causas, quas habet, cur illum morbum non magis diuinum putet, quam reliquos omnes, hoc etiam vrget, illum biliosis non accidere solere, pituitosos contra ea frequentissime inuadere, in quibus cerebrum, aliorum etiam morborum causa, humore diffluens deprehendatur, cum si diuiniior reliquis iure habendus esset, omnes promiscue inuadere oporteret. Obseruauerat forte diuinus ille vir, reliquos morbos corporum discrimen seruare, ita ut febris ardens pituitosum; biliosum & calidum, sine manifesta causa, hydrops, non facile inuadat, & hoc in ipsis epidemicis obtinere. Viderat porro ab epilepsia etiam pituitosos magis iuandi; statuerat causam eius esse humiditatem cerebri, hinc nulla parte diuiniorem reliquis pronunciauerat, etiamsi a Deo, vt reliquos morbos, originem suam ducere putaret. Si iam obseruasset, illam, sine alia causa, biliosos etiam aggredi, & reliquorum morborum, quin suas ipsius leges migrare, eam, quod extra ordinem grassari videretur, & eius causa abscondita lateret, diuinum

*uadit tamen. Alius febre maligna bique Dei digitum venerari fas
itidem laborans, ad oblata bene ha- est, omnia ex artis legibus facienti.
bet, vires constant, pulsus bonus, (a) v. §. 27. n. f. in fine.
urina bona, moritur tamen, vtro-*

uinum quid habere arbitratus esset, neque tamen ideo causam eius non quaesuisset, & curationem aptam ex indicationibus & experimentis inuenire conatus esset.

§. XLIX.

Restat, vt aliorum sententias, quam potest breuissime percurramus, & cum nostra comparemus; qua in re monendum ante omnia erit, de causis in vniuersum in Prognosticis sermonem esse non posse, cum distincte Θεῖον in ipsis morbis quaerendum esse (a) ibi praecipiat. Sed etiamsi interea ponamus, quaerendum in causis esse, certe non in aëris constitutione illa generali, quod GALENVS quidem velle videtur, intelligi potest, cum OMNES MORBI ex Hippocratis sententia ab aëre oriantur (b) essetque adeo in omnibus morbis morbis diuinum quid, quod Coi verbis repugnat, qui si quid forte in morbis diuinum sit, obseruare vult medicos; Vt taceamus illud, Hippocratem tradidisse aëris effectus, quos tamen a discipulis suis diligenti obseruatione demum erui posceret, si quidem in aëre diuinum collocandum esset. His accedit, quod ratio nulla sit, cur ambigua & obscura voce Θεῖον, nominarit aëris constitutionem, quam semper dilucide indicauit, nunquam illo nomine comprehendit. Neque vero feliciores fuere, qui has difficultates cum viderent,

(a) *Εἰ τι Θεῖον ἐστὶ ἐν τῆσι νόσοι.
σι &c. confer. §. 44.

(b) Vid. §. 12. n. b, & confer.
§. 35.

derent, vel causam occultam in aëre haerentem, & sua vi excitantem morbos, vel a sideribus cum aëre communicatam, intellectam Hippocrati putant: cum desiderum influxu, quod iure huc referri possit, nihil in Hippocraticis, inuenias (c); premant vtramque sententiam, quae de causis in genere dicta sunt; & quod causae obscurae, quam non intelligere, multo minus sensibus percipere liceat, prognosin, quod tamen requirit Hippocrates, ediscere nemo possit; possit tamen effectus illius videre, & huius postea praenotiones obseruare. Verum ita diuinum non causae inerit, sed effectui inde producto. Et eadem haec ratio etiam contra SEBIZIANAM sententiam facit, quae etiamsi cum nostra de cetero conueniat, hoc tamen difficultatis habet, quod & causas admiscet, (de quibus sermo in prognosticis plane non esse videtur), & quae in morbis sensui & rationi abscondita sunt, ea *Θεία* Hippocrati esse vult, quae licet maxime eo referenda putemus, tamen quomodo praenotio eorum formari vnquam possit, cum adeo abstrusa esse ponantur, non videmus; & si formari possit, hoc tamen manebit, illa saepius

(c) Conf. §. 18, & §. 29. Ea vero, quae libro de insomniis, de astrorum, in somnis visorum, iudicationibus dicuntur, comparatione instituta, & ex theoria ibi demum formata dici, neque adeo inde sequi, morbos ab astrorum influxu ex Coi sententia oriri, serio totum librum perlegendibus apparebit, neque videtur Hippocrates astrorum

effectus veros in corpus humanum ibi ponere. Et in genere astrorum in corpus humanum influxum ex Hippocraticis scriptis declarari non posse, neque in ea sententia fuisse Coim, magni in his litteris nominis, LOAN. HENR. SCHVLTZII, auctoritate defendi potest. v. *Hist. Med. Per. I. Sect. III, c. 3, §. 15.*

saepius obseruata diuini notionem amissura, & esse, fuisseque praeter haec alia, quae si modo tum, cum primum obseruata sunt, obscura fuerunt, & extraordinem a causa incognita acciderunt, diuini Hippocratici notionem habuisse nobis videntur. WEDELIANA opinio ita illis, quae a nobis adlata sunt, tota similis est, vt integram illam complexi diuino Hippocratico, modo ampliores aliquantum terminos ei praescripserimus, quod an bene factum sit, iudicium esto penes lectores. Illi porro, qui a Deo immisos morbos diuinos dixerunt, ad nomen Θεϊῶν videntur respexisse, quod inde desumptum esse dictum est (d), sed de cetero Hippocratem nullum morbum magis diuinum putare altero, ex libro de morbo sacro (e) constat. De maleficiis denique & morbis a fascino in Hippocraticis nulla suspicio est, quam opinionem bono viro, omnis superstitionis hosti infensissimo, imputare velle, iniquissimum videtur (f).

§. L.

Stat igitur sententia, Hippocratem cum arctiori sensu, illa, quae in morbis extra ordinem, contra leges diligenti obseruatione inuentas, & a causis incognitis, fieri deprehendantur, tum morbos omnes, & opera naturae in vniuersum omnia diuina dixisse, Nos, vt in
fin-

(d) v. §. 21.

(e) v. §. 27, n. g.

(f) confer. quae ad §. 34 dicta sunt.

singulis operibus naturae, diuinam sapientiam atque bonitatem admiramur, ita omnes morbos a Deo, per naturae leges ab ipso positas, oriri arbitramur, quin omnes pene affectiones, quas adhuc accuratius inspicere licuit, diuini illius Hippocratici aliquid habere, nobis minus in hac palæstra exercitatis, vilæ sunt. Verum speramus, accedente ætate, & experimentis ipsius artis, futurum, vt hoc ipsum diuinum magis euanescat: Et ab altera parte, vt in eo finiamus, in quo cepimus, certi sumus, & superfutura semper plurima, quæ Hippocrates diuina appellaturus fuisset, & successura in locum eorum, quæ forte euanescent, plura longe, in illis etiam, quæ cognita iam videntur, in quibus consistere oporteat; vt nihil supersit adeo, quam vt infinitam illam sapientiam, potentiam, bonitatem, qua hæc omnia facta sunt, demississimo venerationis cultu adoremus.

